



Xc. 143.







DE
RENUM MORBIS,
EORUMQUE
DIAGNOSI, CAUSIS, SYMPTOMATIBUS
ET PROGNOSI.

ADDUNTUR
SPECIMINA DUO
RENIS UNIUS IN HYDATIDES, ALTERIUS
IN LIPOMA MUTATI,
TABULIS AENEIS ILLUSTRATA.

CONSENSU FACULTATIS ILLUSTRIS
REGIAE FRIDERICIANAE
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
PRO GRADU MEDICINAE DOCTORIS
DIE XXII. SEPTEMBRIS MDCCXC.
PUBLICO EXAMINI OFFERT

AUCTOR
OTHMAR HEER,
HELVETO-GLARONENSIS.

HALAE,
TYPIS VIDUAE CURTIL

R E N U M M O R B I S

FORUMQUE

DIAGNOSI CAUSIS SYMPTOMATIBUS
ET PROGNOSI

ADUENTE

SECIMINA DUO

RENIS UNUS IN HYDATIDES ALTERUS

IN

TARUIS ILLUSTRATA



CONSENSU FACULTATIS ILLUSTRIS
REGIAE FRIDERICIANAE

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

PRO GRADU MEDICINAE DOCTORIS

DIE XXII. SEPTEMBRIS MDCCXII

PUBLICO EXAMINI OBERT

ACTOR

OTHMAR HEER

HELVETIO-RAEDONENSIS

HALAE

TYPE VIDUAR CURTII



VIRIS

CELEBERRIMIS, EXCELLENTISSIMIS, ILLUSTRIBUS

IOHANNI HENRICO RAHN,

M. D. PHYS. ET MATHES. PROF. ORD.
CANONICO COLLEGII CAROLINI TURICENSIS ETC.

PHILIP. FRIDER. MECKEL,

M. D. ET PROF. PUBL. ORDIN. IN ACAD. FRIDER.
INSTIT. REG. CLIN. CHIRURG. DIRECT.
CIRCUL. SALIC. ET COMITAT.
MANSFELD. PHYSICO.

AD CINERES USQVE SUMME COLENDIS.

NEC NON



V I R O

EXPERIENTISSIMO, CONSULTISSIMO

C O S M O H E E R,

I. U. D. PRAESIDI REIPUBLICAE GLARON.

OLIM OPTIME EMERITO,

PATRI IN AETERNUM SUMMA PIETATE COLENDO,

HOC SPECIMEN INAUGURALE

D. D. D.

A U C T O R.



Caput I.

Praemissa anatomica et physiologica.

Renes duo — in statu sueto nimirum — illa viscera sunt, quae extra peritoneum, in utroque latere vertebrarum lumborum, a prima ad tertiam, arteriae aortae, venaeque cavae, musculo psoadi, quadrato lumborum, diaphragmatis tam parti costali quam lumbali, dexter quidem profundius, sinister paulo altius accumbunt. Eorum sinister splene, parte intestini coli transversi, praesertim vero flexu eius lineali, ventriculo, pancreate; dexter vero hepate, coli flexu hepatico, intestino duodeno, utriusque extremitate superiori apposita capsula suprarenali, cinguntur. Propriis quoque productionibus peritonei, Iecinori, splenique affixa sunt; figura femielliptica, quibus superficiebus compressis, margine externo, convexo, et interno, concavo, inciso, extremitate superiori, obtusa, et inferiori, acutiori gaudent; inter ipsa duo haec viscera et peritoneum plurima cellulosa laxa locata invenitur, uti etiam inter duas illas renum tunicas, quarum una externa, falso pro productione peritonei habita, tunica adiposa renum, pulchri rete vasculoso ornata: altera strictissime visceri nostro adiacens, et vasa, nervosque, ad renum substantiam internam usque comitans, tunica renum propria audit a); arteriae renales immediate ex trunco aortae, unica utroque reni, emittuntur, quorum dextra longior sinistra, ob situm aortae in columnae spinalis latere sinistro: una vena longente similiter utroque reni a natura prospectum est, quae ex his in truncum venae cavae tendunt, et quorum sinistra longior dextra, ob situm venae cavae invenitur b) — Venae arteriaeque descriptae, ante ingressum in substantiam renalem, repetito dividuntur, subdividunturque, et tandem — ipsam substantiam renum per propriam incisuram in margine concavo, per hilum renalem ingressura, in sat parvos ramos distributa observamus. — Numerosissimis etiam vasis lymphaticis renes gaudere, iniectionibus, et iconibus extra omnem aleam positum est, adducere tantum placet, specimina pulcherrima illustrissimi praeceptoris Meckel, nec non Schumlański, Cruikshank aliosque plures; sic renes quoque multis nervis instructos videmus, qui una cum arteriis in illorum substantiam penetrant, et a plexibus renalibus, a gangliis semilunariibus nervi splanch-

a) v. Haller Grundriss der Physiologie, p. 581. Lieutaud Anat. historiq. et pratiq. Tom. II. p. 252.

b) Haller l. c. Lieuraud, Mayer, Eustachius. Da.) Conf. J. Gottl. Walter Tab. anat. nerv. thoracis et abdom. Berol. 1783. Tab. i.

planchnici oriuntur, — renesque satis sensibiles reddunt, non obstante contraria sententia illust. Halleri c). Quod structuram renum internam attinet, brevissime tantum notissima annuerasse, a Schumlanski, Mayer aliisque satis perspicue explicata sufficiat; tres igitur substantiae in renibus observantur, quarum prima externa, corticalis, ex plurimis vasis sanguineis, secunda, cinerea, tubulosa, plurimis vasculis griseis, uriniferis, productionibus arteriolarum substantiae corticalis, et tertia, substantia papillaris ex 7 ad ii in centrum renum convergentibus papillis constructa est, quae papillulae — congeries plurium ductuum urinariorum, propriis vaginulis membranosis — calyces minores dicti — circumdatae, numero 3 ad 4 adsunt, seque in 3, 4 calyces maiores, et hi tandem in maximum illud receptaculum, in pelvim renalem terminant, ex quo uretheres, unus ex utroque rene prodeunt, quae vero non amplius ad scopum nostrum pertinent. d). Nec de renibus succenturiatis est, quod differamus, uti qui scopo nostro non inserviunt.

§. 2.

Functio renum sine dubio in secretionem urinae consistit, nugaeque sunt, quae nonnulli dixerunt, de urina, iam secreta in massa sanguinis praexistente, vel de aliis viis, modisve, qua natura ad illum fecernendum uti contenderunt e), quarumque nugarum enumeratio, facilisque refutatio nostrum non est; sanguis per vasa ampla renalia ad renes veniens, forte etiam eius natura, angulusque rectus, sub quo ex aorta arteriae renales oriuntur f), tortuositas arteriolarum substantiae corticalis, immediata ex his productio ductuum Bellini, iniectiones, diameter ductuum, magnitudo luminis; ligatura uretherum, vel horum obstructio per calculum impactum, aliaque, explicationem huius secretionis facilem reddunt; sed nostrum non est, eam partem ex his allatis dare, partim, quod certe facillimum esset, ex elementis urinae ipsius, ex facile oriundo mictu cruento incitato motu vel auctis congestionibus ad has partes, ex phaenomenis in laxitate morbosa renum, ex inde oriundo mictu lacteo, seroso, oleoso; ex impedita, vel imminuta hac secretionem per contractiones spasmodicas e. c. in feminis hystericis, plurimisque aliis, eam demonstrare; tantummodo novissimam illam theoriam, quae secretionem urinae aliaque symptomata in renibus observanda, ex motu retrogrado in ramos in vasis lymphaticis, explicare conatur, paulo post refutabimus.

Iam celeb. Darwin g) motum regressivum ex trunco in ramos, in systemate lymphatico defendit; sed directio, et numerus valvularum, quae eadem structu-

c) l. c. p. 532.

d) Mayer, T. V. Winslow. Lieutaud l. c.

e) Sadelor Lehre von der Natur des menschl. Körpers, p. 310.

f) Hallers Physiolog. T. VII.

g) Sammlung auserlesener Abhandlung, f. pr. Aerztes, B. VI, p. 254.

structura et directione ac valvulae venarum gaudent, immediata sequela huius directionis — impossibilitas nimirum, vel faltem summa difficultas, iniectionem ex trunco lymphatico in ramos pellendi; porro phaenomenon illud, quod observamus ligato vase aliquo lymphatico, repletio nimirum, et summa extensio vasu, ligaturam inter, et extremitatem resorbentem, eadem observatio in statu pathologico, ubi presso trunco lymphatico e. c. a tumore, aneurismate, exostosi, eandem intumescantiam, et repletionem extremitatum vasorum lymphaticorum videmus, uti e. g. in pedibus oedematosis gravidarum; summam nobis persuasionem, de contraria directione motus in his vasis, et de impossibilitate motus regressivi ex trunco in ramum, tam in statu sano, quam morbofo imponunt; quum nobis non cogitare possimus in c. h. ullam vim, quae tanto impulsu in extremitates lymphaticas agat, qua in experimentis fluidum iniiciendum est, si ex trunco in ramos propelli debeat, tum etiam, quia presso quovis modo trunco lymphatico, sicque motu lymphae interrupto, tamen nulla intumescantia, inter locum pressum, et ramos fieri deberet, si lymphae motu inverso ab obstaculo recedere concessum esset; et praecipue etiam; quia plurima phaenomena, a contrariis affirmantibus, ex motu illo regressivo explicanda, longe facilius aliter explicantur, uti e. c. exsudatio in catarrho narium, chilus in excretis liquoribus inventus, secretio copiosi muci in partibus irritatis, humor lacteus in vesica urinaria inventus, hydrops, materies blanda in vulneribus, diabetes, aliaque; aliae vero obiectiones, quas vide sis in commentatione *Fr. Ludwig* et *S. C. Titio* h) ex analogia desumptae, qualia sunt ruminatio — vomitus — ructus — globus hystericus — motus oesophagi in hydrophobia e. s. p. plane nihil contra nos probant, quum structura harum partium toto coelo a structura vasorum lymphaticorum differat; — et si concederemus in statu pathologico vasorum resorbentium ob laxitatem, vel dilatatione, vel atonia inductam; eorum valvulas minus resistere ob similem laxitatem vel propter dilacerationem, humorum progressum a truncis ad ramos concessuros fore; contrariis observationibus experimentis, et tali vasorum lymphaticorum laxitate, per iniectiones in hydropicis, diabeticis v. g. a celeberr. *Meckel* pluries institutis eo cum successu, ut et maxima vi impulsu a trunco ad ramum mercurio resisterent, contra hanc doctrinam niteremur, vel id phaenomenon non nisi inter omnium rarissima referendum esse, persuaderemur.

Si ex his omnibus impossibilitas motus humorum ex truncis lymphaticis in ramos sponte fluit, iam per se patet, motum regressivum in vasis lymphaticis nihil ad functionem renum conferre, ideoque theoria recentissima illius. *Thilow* i), qua colorem urinae flavum, aliaque ex motu bilis retrogrado ex receptaculo chili in renes per vasa lymphatica, explicat, per se collabitur: nec arduum esset, eiusdem

h) Recent. quaedam Decreta Physiol. atque Pathol. de Syst. absorb. Lips. 1789.

i) Dissert. de vasis Bilem resorbentem ex receptac. chili ad renes ferentib. Erlard. 1790.



dem opinionem de bile, nunquam, vel rarissime sanguinem intrante, quod experimentis infiltratis probare conatus est, refutare: sed haec limites huiusce libelli transcendenter, id tantum addere liceat, nimirum — venia viri ceterum vere docti dixerim — me nunquam admissionem chili ex ductu thoracico ad renes, per vas lymphaticum k) sine laesione partium, ad minimum valvularum, quae hic minime propria structura gaudent l) mihi persuadere posse.

§. 3.

In nullis fere visceribus adeo saepe variationes, tum in numero partium, e. c. uretherum, pelvium, tum in figura, et magnitudine observantur, quam in systemate uropoeio, praecipueque in renibus, nostrique propositi est, nonnullas praecipuarum harum varietatum allegasse. Non rarae sunt observationes unius tantum renis; sic *Eustachio* m) unicum renem, in uno latere tantum, secto cada- vere vidisse contigit; similis observatio parisiis facta est n); idem adnotavit *cel. Morgagni* o) qui plura exempla etiam congeffit p); eandem variationem et mihi — ut plurimas sequentium in museo locupletissimo illustriss. Prof. *Meckel* videre datum erat: uti etiam monstrum a perillustr. *Selle* ei communicatum, in quo omnia fere viscera abdominalia, et pectoralia deerant, excepto unico rene sinistro, cum glandula suprarenali, de cuius monstri externis tam, quam internis, aliis huc vero non spectantibus difformitatibus videre est amiciss. *Voigtel* q); plura adhuc exempla unius tantum renis etiam existant in *Lieutaud* r), *Haller* s), *Kaltschmid* t) aliisque; nec omnino rarus est numerus excedens renum; sic *Blajus* in utroque latere [duos, *Rhodium* tres, *Dulaurens* quatuor, *Molinetti* quinque renes invenierunt u). Saepius quoque renes extremitatibus suis — praecipue inferioribus, concreti inveniuntur, quod etiam certe nonnumquam in causa fuit, ut unus tantum res adesse crederetur, ubi revera duo, sed concreti aderant: exemplum talis concretionis, ubi duo renes cum extremitatibus inferioribus connati, sicque plane singularis formae erant, etiam in museo dilectissimi praeceptoris existat, facileque plures tales casus inveniuntur evolvendo *Eustachium* et *Hallerum* w). Nonnumquam etiam disproportion inter ipsos duos renes observata fuit, sic celeb. *Meckel* duo systemata uropoeia possidet, ubi ren dexter naturali magnitudine, sinister multo minori gaudebat; idem observavit *Morgagni*; et plura exempla, ubi uterque, renum in statu ceterum sano aequo maior erat, etiam apud authores inveniuntur x). Minime infrequens porro est observatio, arteriarum renalium nu-

k) l. c. §. XV.

l) l. c. §. XVI.

m) Tab. anatomicae.

n) V. Memoires del'Acad. des sciences, année 1767.

o) de Sed. et Caus. morb. Epist. V. 45. Epist. XXXI. 25. Epist. XL. 14.

p) Epist. XLVIII. 16.

q) Fragm. Semiol. obitric. Halae 1799. p. 29. Tab. VI. Fig. 1.

r) Hist. Anat. Med. esid. a Portall T. I. L. I. obf. 1213. 14. 15. 16.

s) Elem. Physiol. T. VII. p. 242.

t) de unico rene in cadav. invento. Journal de Med. XII. 348. XIII. 431.

u) Lieutaud Anat. hist. et pratiq. p. 252.

w) l. c. c.

x) Acta Bononiensis. V. 249. Philosoph. Franca. I. 178.

numero, et origine, a statu saeto aberrantium, sic in saepius iam adducto *Eustachio*, *Hallero*, museoque illustriss. *Meckel* multa exempla facili negotio inveniuntur, ubi unus tantum, vel uterque renum, duabus, et tribus quoque arteriis, venisve instructus erat, vel ubi haec non ex trunco aortae, aut venae caevae, sed ex mesaraica superiori producantur; sic inter alia celeb. *Meckel* specimen possidet, ubi septem arteriae renales, quinque nimirum in dextro, duae in sinistro latere erant, et egomet ipse hieme elapsa in cadavere in latere dextro duas, in sinistro tres inveni arterias renales, ex quarum infima arteriae spermaticae quoque originem trahebant; nec uretherum numerus semper constans est, quippe qui saepius numero plures, vel unicus quidem, sed in plures ramos divisi inveniuntur, uti vide sis in *Hallero*, *Eustachio*, *Duvernoy*, aliisque, quae vero iam non amplius ad propositum nostrum pertinent; — sed haec sufficiant de his variationibus, quorum numerus facile in immensum augeri potuisset, quod vero limites libelli nostri excederet.

Caput II.

Calculus Renalis.

§. I.

Calculus est concrementum durum, inorganicum, plus minus firmum, ex diversis elementis conflatum, in cavo quodam corporis animati generatum. Nullum fluidum, nulla cavitas C. H. a generatione calculi immunis est, omnia enim fluida corporis, elementa calculorum in se continent, consentientes habeo cel. *Troia* y), *Gaubium* z), *Selle* a), van *Swieten* b), aliosque; in omnibus etiam fere cavis, concrementa calculosa iam inventa fuere, imprimis in sistematè uropoejo, biliari, alimentari, qualia exempla ubertim existant, et solummodo adducere placet *Lunker* c), *Schacht* d), *Bonnetum* e), et *Pisof* f), in glandulis salivalibus g), imò in cerebro h), glandula pineali i), in plexu choroideo k), viis lacrimalibus l), oculis m), naribus n), in aure o), ore p), lingua, cor-

y) Vide neue Samml. auser Jesu, Abhandl. f. W. A. St. XVIII. p. 227.

z) Instit. Patholog. medicinal. §. 567.

a) Medic. clinica p. 495.

b) Comment. in Aphorism. Boerhav. T. V. p. 201. p. 203.

c) Complect. Med. theor. pract. Tab. XLII. p. 368.

d) Instit. Med. pract. p. 258.

e) Sepulcher. T. II. Sect. XVIII. g. 9. Sect. XX. 4. 5. 7. 8.

f) Select. Observ. p. 282. 33.

g) Krysing. Ephem. G. D. Cent. IX -- X. Obs. 79. Acta Physic. Med. Vol. III. 90.

h) Bonnetus Annot. pract. L. I. Sect. I. Obs. 106. Hildanus, C. I.

i) Nucleus Epist. Annat. de Invent. nov. p. 151.

k) Wepfer Hist. Apoplect. p. 9.

l) Blasius Obs. med. rarior. Part. IV. Obs. 16.

m) Boerhaave Praelect. public. de Calce.

n) Bartholinus Hist. anat. rarior. C. I. Obs. 73.

o) Mullerus Ephem. G. D. II. IV. Obs. 162.

p) Blasius I. f. c.

de q), pulmone r), liene, ovario s), et in aliis pluribus t); nos vero solummodo de calculis renalibus agimus, qui frequentius, quam ullae aliae concrectiones calculosae in C. H. inveniuntur, tum quia urina elementa calculorum maxima copia continet, quae non arte cum partibus aquosis cohaerent, tum etiam ob longiorem moram urinae in renem substantia u); de quorum vero natura, elementisque multa differere, instituti nostri ratio non permittit: analysi chemica in illis nihil aliud invenitur, quam ipsa elementa ossium, nimirum acidum phosphoreum, terra calcarea, acidum aereum, et aer inflammabilis w): et ossa a calculis in eo tantum nobis differere videntur, quod illa structura gaudeant, qua hi carent, organica; sententiam quoque multorum x), materiam calculorum, cum illa tephorum, et nodorum arthriticorum, unam, eandemque esse, omnia pro se habere credimus, quod vero demonstrare, temporis angustiae nobis non permittunt. Qui ceterum analysin chemicam calculorum, et perfectam eorum historiam videre cupit, adeat illust. Gren y). — Quo modo vero nunc elementa illa dicta calculorum in corpus veniant, authores inter se dissentiebant: alii a cibis difficilius digestibilibus e. c. a caseo, carnibus salitis z), alii ab aquis nonnullarum regionum, uti Haller a), alii a vinis b) e. f. p. derivabant; sed hae disquisitiones nullius momenti sunt, et extra omne dubium est, materiam calculosam ex alimentis quibusvis parari posse eodem modo, ac materies ossium paratur, et in dispositione calculosa, id in concrementum calcareum mutari, quod vel e corpore eliminari debuisset, vel a natura ossibus destinatum erat: consentientem etiam habeo cel. van Swieten c) dicentem, „videtur calculi materia non ingeri in corpus Humanum, sed in hominis sanissimi humoribus adesse naturaliter.“

Idem nunc sedimentum illud urinae terreum, diversimode in uno homine sic, in alio aliter coloratum, quod et in urina sanissimi hominis, post eius quietem aliquot horarum in fundo vasis observamus, quoque van Swieten d), calculum naturalem nominare amat, certo certius materies est, quae calculum efficit, invento corpore, cui adhaereat, quod etiam affirmat Gren e), Troia f), et

q) Cheselden in the Anatomy of the human Body Tab. XXX. L. F.

r) Morgagni Epist. XV. 20. Bonnetus Sepulch. L. II. Sect. I. Obs. 47. 48. 49.

s) Graaf de Mulier. Organis. c. XIV. p. 130.

t) evolvit Dietrich Praef. Meckel Obs. circa Calculum, in C. H. invent. Halae 1788.

u) van Swieten T. V. p. 230. 32

w) Gren Handb. der Chemie, §. 1564. 65. 66. Troia Samml. auserlehn. Abhandl. F. W. A. S., XVIII, p. 231.

x) Gren l. c. §. 572. Samml. auserlehn. Abhandl. f. praktische A. B. VII. p. 332

y) l. c. §. 1563 ad 1578. — Van Swieten T. V. p. 242.

z) Selle l. c. p. 498.

a) Element. Physiol. T. VIII. L. 26. §. 24.

b) ibidem.

c) Comment. in Aph. Boerh. T. V. p. 229.

d) Aphorism. 1414.

e) l. f. p. §. 1577.

f) l. f. c. p. 227.

et van Swieten g), luculenterque apparet ex quotidiana illa observatione, quod vasa nimirum, in quibus urina continetur, incrustentur, et ex illo facillime insituendo experimento, in quo videmus, corpus quodvis urinae per aliquot tempus immersum, crusta lapidea obduci, et saepius repetito experimento, eandem seriem crustarum tandem fieri, quam in calculis urinae observamus: quae experimenta, tam cum urina, quam cum aliis fluidis, e. c. pure, sanguine, et aliis Palucci h) cum effectu iam dicto fecit: quod etiam probant observationes illae pathologicae, ubi hoc, vel alio modo corpore aliquo in vesicam urinariam delapso, postea calculi oriebantur, in quibus corpora illa inclusa erant i). Eodem modo calculos renales nasci, affirmat inspectio calculi dissecti, ubi semper in illo observamus centrum — sit venia verbo — vel nucleum, cui crustae, plane illis similes circumiacent, quas diximus in experimentis, et observationibus allatis inveniri; quae genesis calculorum in renibus facillime cum Gaubio k) explicari posse, nobis videtur, terrestres enim urinae particulae in viscere nostro retentae, hicque extra leges circulationis positae, solidum aliquod corpusculum pro basi sua natae, cui adhaerescere queant particulis glutinosis addensatae, forte etiam vi attrahente elementorum adiutae, sensum crescendo, calculos faciunt: quam explicationem inspectio calculi dissecti, uti iam diximus, luculenter comprobat; nec obiici potest, dari calculos, ubi nullus nucleus appareat, hoc minime verum est, sed possumus nimirum nucleum in illis casibus tantum, a reliquo corpore calculi discernere, ubi nucleus, vel centrum calculi, corpus heterogeneum est; non vero, ubi hoc solummodo molecula elementaris, vel particula terrea maior est: inde etiam duo genera nucleorum assumimus, nimirum

a. Nucleos homogeneos, et

b. Nucleos heterogeneos:

quae divisio, etiam obiectionem ex analogia calculorum biliariorum, aliorumque faciendam tollit, in quibus nimirum nucleus minime deficit, uti forte nobis obiici posset — sed ubi semper nucleus homogeneus est, qui ideo a reliquo calculo distingui nequit; analogia crystallisationis in regno minerali theoriae nostrae etiam favere videtur.

In calculis ipsis magna diversitas observatur, ratione figurae, magnitudinis, coloris; nonnulli porosi, alii densi; superficie nunc aequali, nunc inaequali, alii simpliciter laminati, alii compositi; nunc cum uno, in alio casu pluribus nucleis; mox leviores, mox graviore; vel liberi, vel fixi inveniuntur, e. s. p. Exempla existant, ubi figura calculi, perfectissime figuram pelvis renalis, cum

B 2

in.

g) Comment. in Aph. Boerh. T. V. p. 207.

h) Lithotom. nouvelle perfect. p. 130. Vide Gaubium l. f. c. §. 470. —

i) van Swieten l. c. T. V. p. 206 ad 209.

k) l. f. c. §. 468.

incipiente urethere l), alia ubi ex uno trunco plurimi rami orti, formam corallae representabant, et pl. a. m); plures quoque tales videtis in van *Stiezen* n), *Haller* o), *Bonnet* p); id vero solum constans est, illos semper specificè leviores lapidibus ex regno minerali, et semper specificè graviores aqua inveniri q). Infantibus frequentiores, quam adultis, et feminis minus familiares, quam viris esse multi contendunt r), sed nobis non omnino arridet; non vero displicet sententia illorum, qui contendunt, in rene sinistro frequentius calculos gigni, ac in dextro s), quod observationibus *Morgagni* t), extra omnem dubii aleam positum est: num flexura colica sinistra, saepius quam dextra excrementis induratis infarta, num vena emulgens sinistra longior, vel quid aliud in causa sit, nostrum disquirere non est u).

§. 2.

Si assumimus *Gaubii* w) definitionem causae morbi proximaе, causa proxima calculorum renalium semper, ut nobis videtur, nucleus, corpusculumve aliquod maius — in diversis casibus diversimode in renes appositum, e. c. grumus sanguinis, vel arenula e. f. p. erit, de quibus plura vero infra — quod ceteris elementis calculosis pro basi inservit, cui adhaerescant, uti §. pr. diximus: nec obiectio — dari casus, ubi necessario fere, nucleus in renibus generatur, sine inde oriundo calculo, e. c. mictus cruentus renalis, vel suppuratio renum, quidquam contra nos probat; certissime enim et in his casibus, particula quadam in renibus remorante, calculus gigni incipit, sed ex renibus iam a morbo praegresso laxioribus, vel aliis de causis, quoniam e. c. liber in rene haeret, calculus nascens eluitur, priusquam ad tantam magnitudinem increvit, ut symptomatibus suis se prodire possit: et omnes ab authoribus adductae causae calculorum renalium, ideo solummodo calculos procreant, quoniam corpusculo tali maiori, i. e. nucleo ansam dant, ideoque tantum causae remoratae sunt, quod nunc, has causas recensendo, nobis demonstrandum est; ad has causas referuntur potissimum sequentes:

Imo.

- l) A. Pin. de Ren. Cap. 44.
 m) *evolvas* Eustachium l. f. c.
 n) *Comment.* in Aph. Boerh. T. V. p. 210. seq.
 o) *Disputat. Chirurg.* T. IV. Diss. 12.
 p) *Sepulchret. Sect.* XXII.
 q) *Froia* l. f. c. p. 230.
 r) *De vrs beelkund.* Anmerkung. over d. Steen, C. VI. 39.
 s) *Callisen Princip. Chirurg.* hnd. §. 914.
 t) *de Sedib. et Caus. Morb. Epist.* XV. 13.
 u) *Exemplum calculi renalis in neonate inventi,*

oppido rarum, videre est in *Loescke* *Observ. anat. chirurg. med. nov. et rarior.* 1754. III. — In *Murray* *medicin. pract. Bibliothec. exemplum calculi renalis immanse magnitudinis, longitudine 5 — latitudine 2. pollices, pondere 3 3/4 aequantis, et 9 eminentis exasperati exstat.* Plura adhuc exempla videre sunt in *Tulpii* *Observ. med. Heister med. chirurg. und anat. Wahrnehmungen.* Solingen *Handgriffe der W. A. Kunst.* *Purmann* *Chirurgia curiosi, aliisque.*
 w) *Institut. patholog.* §. 60.

I^{mo}. Inflammatio renum x). Trombulus enim irrefolubilis fanguinis in extremitatibus arteriarum haerens, vel vi circulationis in cavitate renis profusus, nucleus fit, cui elementa urinae semper hic affluentis, §. pr. dicto modo, et ex causis ibidem allatis adhaerere, sicque calculum generare possunt, quod revera fieri, probat observatio y), et autopsia calculorum post nephritidem inventorum, ubi nimirum trombulus talis loco nuclei inveniebatur, et ubi etiam ex historia morbi patebat, inflammationem causam calculi fuisse.

II^{do}. Mictus cruentus z), ubi trombus fanguinis in renibus resitans, eodem modo, ac in inflammatione, calculi generationi anam dat, quod etiam ex analogia calculorum vesicae apparet, ubi saepe post eius haemorrhagias calculi inveniuntur, quorum nucleus Trombus fanguinis, et ubi ex omnibus certum erat, mictum cruentum ante calculum adfuisse: quam quoque causam docuit observatio a).

III^o. Suppurationem renum b) etiam causam calculi fieri posse, ex analogia caesarum iam adductarum facile elucet, et pus consistentia sua, acinulisque albicantibus saepe in illo inventis, certe maxime idoneum est, in renibus haerens, vel stagnans ad calculum generandum, quod pariter observatio probat c).

Has hucusque allatas causas saepius etiam effectum, non vero causam calculorum esse, non est, quod negamus, sed hoc infra Cap. III. IV, et XI videbimus.

IV^{to}. *Hallerus* in substantia renum gelatinam, et mucilaginem quandam, ad superficiem interiorem renum contra acredinem affluentis urinae defendendam a natura destinata, luculenter demonstravit, hanc etiam, ut quisvis alius mucus inspissari posse, nemo dubitabit, et hoc posito, etiam ex illo generatio nuclei pro calculo, facile ex theoreticis elucet d), etsi difficile esset, calculo generato, hunc nucleum a reliqua calculi substantia discernere.

V^{to}. Omnia, quae excretionem urinae in vesicam per uretheres impediunt, retardant e), quo praecipue pertinet vita sedentaria, cum ad anteriora in-

x) van Swieten I. f. c. T. V. p. 246. Troia I. f. c. p. 238.
 y) Lieuraud hist. anat. med. L. I. obs. 1162, 63, 64, 65, obs. 1170, 74, 78, 81, 93; Bonneti sepulch. Sect. XX, obs. 19, 20.
 z) Troia I. f. c. p. 238. van Swieten I. f. c. p. 246.

a) Lieuraud I. f. c. obs. 1158.
 b) Troia I. f. c. van Swieten I. f. c.
 c) Ballonius, Lieuraud I. f. c. Obs. 1164, Bonnetus I. c. Lib. III Sect. XXII, Obs. II.
 d) Troia I. f. c. p. 238.
 e) van Swieten I. c. p. 248. Troia I. c. p. 239.

incurvato trunco, obstructio uretherum e. c. a calculo impacto f), vesica, urina — quam ob paralyfin, spasmus sphincteris, calculum urethrae impactum g), indurationem prostaticae h), vel aliam causam emittere nequit — sic extensa, ut a renibus semper affluentem, recipere amplius nequeat i), quale exemplum omnino rarum in museo illust. Meckel videre mihi datum erat, in quo, ob membranam praeternaturalem aperturam posteriori uretherae praetensam, vesica, uretheres, et pelvis renum, in immensum extensae, et dilatatae sunt; decubitus diuturnus ob fracturas, vel alios longos morbos; plurima enim exempla existant, ubi ex hac causa calculi oriebantur k); non arduum est, modum generationis calculorum in his casibus explicare, partes terreae enim urinae, in renibus nunc stagnantis, vel longius ad minimum remorantis, facile a parte aquosa urinae secedere, sibiq; invicem se attrahere, accrescere, coadunare, et sic calculum formare possunt: ad quod etiam certe pulsatio arteriarum, partes terreas magis compingendo, et addensando, uti etiam vis attrahens elementorum confert.

VI^{to}. Omnia, quae renes premendo l) excretionem urinae ex his; horumque actionem liberam impediunt, eodem modo calculos facere possunt, ac Nr. V. diximus: hinc videmus, a calculis saepe affici homines obesos m), gravidas n), lauto victu saepe ventriculum distendentes o), infantes, qui striclius fasciis cinguntur, in quibus omnibus casibus renes certe valde premuntur; ex hac pressione multi etiam observationem calculi in sinistro, quam in dextro rene frequentioris explicare conati sunt p), quod nimirum ille colo sinistro saepius infarctus, liene, ventriculo saepius extenso, magis prematur quam dexter.

VII^{mo}. Arthriticos, et podagricos saepius calculosos fieri, quotidiana observatio docet q); ad hoc etiam conferre illorum frequentiore decubitus in lecto, ob dolores, impossibilitatem ingrediendi, cum *Sydenhamo* r) quidem concedimus, sed praeterea nobis videtur, causam praecipuam huius observationis esse, materiam arthriticam, podagricam, ad renes depositam, quia observatio docuit, in arthritide vaga, anomala, retrograda, et in arthritide regulari, affectiones calculosas oriri eo potissimum tempore, ubi aeger his doloribus immunis est, raro vero durante paroxismo arthritico: et quia praeterea saepius iam

f) Bonnetus l. c. Lib. III. Sect. XXV. Obs. 17.

g) Lieutaud l. c. Obs. 1220, 21, 22, 23, 25, 26, 27, 28, 1224.

h) Bonnetus Lib. III. Sect. XXIV. Obs. 14.

i) Lieutaud l. c. Obs. 1252, 53, 54, 55.

k) van Swieten l. c. p. 243.

l) van Swieten l. c. p. 249. Troia, l. c. p. 239.

m) van Swieten l. c.

n) Troia l. f. c.

o) ibidem.

p) Piso de Morb. a colluv. serosa ortis, Sect. IV. Cap. 2.

q) Troia, van Swieten l. f. c.

r) evolvi. Opera eius Cap. de Calculo.

iam ab autoribus alternatio affectionum a calculis, et a dolore arthritico adnotata fuit: eo facilius quoque hac de causa calculus nascitur, quo summa affinitas inter materiam calculosam, et arthriticam observatur, uti antea diximus; modus quo haec causa calculum facit, idem est, ac in causis praecedentibus, materies enim ad renes delata, et in illis deposita, nucleus fit, cui partes adhaerent, ut supra monuimus, sicque calculum generat; exempla calculorum renalium post arthritidem plura exstant s)

VIII^o. Debilitatem, flacciditatem renum, e. c. post diabetem t), vel a debilitate morbosa totius corporis, etiam causam calculorum renalium fieri posse; (cel. *Troia* u) affirmat, facileque apparet vasa enim renalia laxiora, partes crassiores humorum in substantiam renum transmittunt, quae calculum, saepius iam dicto modo generare queunt.

§. 3.

Diagnosin calculorum renalium arduam, incertamque esse, nemo facile negabit, luculenterque probant errores clariss. virorum in eorum diagnosi commissi, *Galenii*, *Boerhavi*, *Sydenhami* w). Saepe omnia symptomata calculi adesse videntur, et tamen post mortem nullus calculus aderat, et vice versa, omnibus symptomatibus deficientibus, casu calculi ingentes inveniebantur x). Signa iam calculorum, quae ad eorum diagnosin conferre possunt, hic recensebimus: quo pertinet

I^{mo}. Dolor obtusus, premens, rarius acutus in regione renum — cuius exacerbatio minus apte a nonnullis colica nephritica dicitur: dolor hic augetur repleto ventriculo, motu, et tali situatione corporis, ubi ren suo pondere trahitur: minuitur vero, ventriculo vacuo, et corpore quieto: crebro stimulo ad mingendum comitatus, saepe versus superiora se extendens, peripneumoniam mentitur, vel ad inferiora diffusus, directionem uretherum sequens, ad pubem tendit; observationes interim habemus, ubi plane deficiente hoc dolore, dolor sympathicus in regione vesicae, cum vehementi dysuria, et stranguria aderat y). Saepius etiam dolor ille ab aliis causis provenit, ut a sanguine grumoso, pure renes infarciendo, colica, lumbagine z), suppuratione musculi psoadis a), aliisque. Dolor hic e contra omnino a calculo ortus, etiam mafeferre, sicque suspensionem calculi tollere potest, etsi revera calculus, cau-

s) Bonnerus l. f. c. Lib. IV. Sect. VIII. Nota ad Obs. III. Lieutaud l. f. c. Obs. 1156. 61. 67.

t) Lieutaud l. c. Obs. 1069.

u) l. f. c. p. 241.

w) van Swieten l. f. c. p. 272.

x) Bonnerus l. f. c. Obs. 1160. 1203. huc etiam pertinet Observatio §. 2. nota u. supra.

y) Morgagni de Sedib. et Caus. Morb. Epist. 42. n. 4.

z) Vogel's Handbuch f. d. Aerzte. T. II, p. 146.

a) Vogel l. c. p. 272.

fa doloris in rene remanet, uti si superficies eius muco obducitur, papillulae nerveae renum longis frictionibus calculi tandem insensiles fiunt, vel ren totus induratur, quod observationibus constat b).

II^{do}. Mictus cruentus: per se patet, sanguinem hic ex renibus in vesicam affluere debere, si suspicio calculi inde nasci debeat, quod eo magis fiet, si mictus hic cruentus equitatione, vel itinere in curru oritur, vel antea praesens augetur motu et conqussatione corporis enim calculus quoque movetur, sic ut vasa renalia irriter, affluxum sanguinis tali modo in renes augeat, et inde — ut nobis videtur — sanguis anastomosi ex vasis emanet, rarius enim vasa dilacerantur; quo modo vero mictus cruentus renalis a calculo ortus, a mictu sanguinis ex alia causa orto, vel vesicali, et f. p. distinguatur, infra Cap. XI videbimus.

III^{do}. Urinae. In his magna diversitas, et inconstantia observatur; in exacerbatione dolorum urina pauca, aquosa, saepius etiam turbulenta, colore potum coffeae aequans mingitur: sanguis enim lento fillicidio in renes affluens, urinam ita tingit, saepe tamen albicans, cum sedimento albo, foetente, saepius etiam fibrillis, filamentis, carunculis, flocculis variae magnitudinis mixta observatur, laedentem enim calculum, partem substantiae renalis abraderet, et sic urinam descripto modo alienare posse, nemo inficias ibit: saepius tamen haec curunculae, fibrillae, flocculi a sanguine grumoso, vel muco oriuntur; sabulum in urinis etiam, signum valde inconstans est, saepius enim sine ulla suspitione calculi, sabulum e. c. in hypochondriacis, saepe etiam vicissim calculus sine tali sedimento observatur; defectus vero huius sedimenti in urina antea longo tempore sabulosa, dolore regionis lumborum, et mictu cruento descripto iunctus, calculi praesentiam verisimiliorem reddit; quantitas urinae in morbo nostro secretae similiter variat, saepe enim haec naturalis, saepe adaucta, et saepe diminuta ab autoribus observatur, cuius diversitatis ratio in maiori, vel minori irritatione renum a calculo quaerenda est. Prae reliquis in urina calculosorum reperiuntur sedimenta gelatinam potius quam mucum aemulantia, quae forsitan a lymphae coagulabili per irritationem a calculo, maiori copia affluente, inspissata, derivanda. Certissimum vero signum sunt calculi minoris molis cum urina secedentes; raro ab iis urinis etiam abest foetor alcali volatilis.

IV^{to}. Ischuria renalis, quae duplici modo a calculo renum oritur, et facile ab ischuria vesicali, per defectum tumoris in regione vesicae, per catheterem, e. f. p. dignoscitur: primo si uterque renum, vel uretherum a calculo

b) Morgagni l. c. Epist. 57. n. 10.

lo obstruitur, et sic defluxus urinae per uretheres impeditur: vel si secundo ductuli *Belliniani* per calculum ita irritantur, ut spastica se contrahant, sicque secretionem urinae impossibilem reddant; nec tamen haec ischuria renalis completa aliis symptomatibus calculosis iuncta — sola enim nihil probat — semper calculum in utroque rene aesse indicat, uno enim tantum rene a calculo obfesso et irritato, haec irritatio et alterum sanissimum renem afficere, sicque omnem urinae secretionem tollere potest, uti docuit observatio. Vicissim etiam ambo renes calculo infarcti esse possunt, minime turbata secretionem urinae et eius effluxu e renibus; calculi enim in hoc casu ita perforati, vel fulcati reperiebantur, ut urina liberrime illos transfret c).

V^{to}. Sensibilitas alias aucta, alias diminuta femoris lateris affecti; in hoc casu saepe cum dolore obtuso, in rariore casu etiam intumescencia, et tumore eiusdem iuncta: cuius phaenomenis causam facillime in irritatione, et pressione musculi psoadis, et nervorum ad femur tendentium, per calculum invenimus: in priori vero ischiaticis similes dolores acuti observantur.

VI^{to}. Retractio, dolor, et intumescencia testiculi lateris affecti haud raro in calculosis observanda, facile etiam ex calculo premente et irritante, et praecipue ex consensu renum cum testiculis explicatur: ad quod saepe adhuc intumescencia scroti accedit, quae omnia saepius quidem iam observata, tamen ad signa inconstantia referenda sunt, et a nonnullis tunc tantum adesse dicuntur; si calculus e renibus in uretheres descendit d).

VII^{mo}. Nausea et vomitus, ob magnum illum consensum ventriculorum inter, et renes e), saepe observantur; cum vero ab innumeris aliis causis etiam oriuntur, tantum plurimis reliquorum symptomatum calculi iuncta, et omnibus aliis causis deficientibus; suspicionem de calculo praesente vel movere, vel augere possunt.

VIII^{vo}. Cardialgia saepius etiam reliquis symptomatibus associatur, et nonnunquam — praecipue in exacerbationibus symptomatum in immensum ingravescit: haud raro vero omnino deest, et vicissim etiam exempla habemus, ubi vehementissima cardialgia unicum symptoma calculi post mortem inventi erat f).

Ex hucusque dictis facile liquet, signa calculi valde dubia esse, nec uno, vel alio tantum praesente, sed solummodo ex concursu plurium simul, in calculum

c) Eustachius l. f. c. Cap. XLV. de Renibus, Bonnerus Lib. III. Sect. XXII. Obs. XIII.
d) van Swieten l. f. c. p. 279.

e) Tissot von den Nervenkrankheiten, T. I.
f) Morgagni l. f. c. Epist. XLII. n. 13.

lum praesentem concludi debere: interim signa allata eo maiorem auctoritatem habebunt, si in arthriticis vel podagricis, vel in hominibus a parentibus calculosis natis, et quidem maiorem, si in latere sinistro, quam vero si in dextro adsunt g). Ceterum diversitas calculi ratione magnitudinis, figurae, laevitatis, asperitatis, adhaesionis e. f. p. magnam in symptomatibus diversitatem faciunt, de quibus inter alios videre est cel. *Troia* h).

§. 4.

Optimus exitus calculorum renalium est, si ex his in uretheres, inde in vesicam, et ex hac per urethram e corpore eliminantur, quod nunc maiori, nunc minori difficultate, saepe dirissimis symptomatibus — imo nonnunquam lethifero effectu fit, de quo vero plura nostra esse nequeunt. Si vero nihil horum fit, sed calculi in renibus manent, diversi eorum in corpus sunt effectus: quamdiu enim calculus in rene concretus magnam non habet molem, nec acutos angulos, asperamve superficiem, saepe per longum tempus absque ulla molestia vel damno manet, unde multa illa exempla calculorum post mortem detectorum, quorum vero toto vitae tempore, et ne minima quidem suspicio adfuerat i). Si vero calculus increfcit, eius superficies aspera redditur, renis substantia contundi, premi, inflammari, lacerari, e. f. p. potest; omnes hi effectus calculi ad duas classes referri possunt, sunt enim

I^{mo} tales, qui renes ipsos, vel

II^{do} tales, qui alias partes, vel totam machinam afficiunt.

Ad primos pertinent praecipue sequentes:

1. Nonnunquam ren calculo affectus simul cum vasis suis mirum in modum increfcit, mole augetur k), vel e contra magnitudo eius diminuitur: primum semper tandem, post multas miserias lethale erit, in secundo vero statu vita, et sanitas sat bona perdurare poterit.

2. Saepius in renibus calculosis post mortem hydatides, per ischuriam facile lethales, diversae magnitudinis inventae fuerunt l).

3. Haud raro uretheres et pelvis renum, a calculis mirum in modum, lethifero effectu excretionem urinae impediuntibus, dilatati et extensi inveniuntur m).

4.

g) *Troia* l. f. c. p. 257.

h) *ibidem*.

i) vide §. 2. not. u. §. 3. not. x.

k) *Bonnerus Lib. III. Sect. XXII. Obs. 7. Obs.*

1242. *Helmann*.

l) *Merclinus, Lieutaud l. c. Obs. 1027.*

m) *Lieutaud l. c. Obs. 1242. Roully de singulæri renis calculo, Argent. 1763. Comment. Lig. III. 644. Morgagni, Pechlin.*

4. Exulcerationes renum a calculis saepe saepius, febrili lenta comitatae ab autoribus observatae fuerunt n). Imo exempla habemus, ubi tota substantia renis consumpta erat o). Plura vero de suppuratione renum infra, Cap. IV dicemus.

5. Rariora exempla exstant, ubi calculus sibi exitum per lumbos, nec tamen fausto eventu pararet p).

6. Irritatione calculi inflammationem renum fieri posse per se patet, uti infra videbimus q).

7. Mictus cruentus, quem iam in recensione symptomatum calculi vidimus, saepe omnino observatur, de quo plura vero infra r).

8. Renes a calculis etiam flaccidissimos fieri posse probat observatio, s) et plura de his, capite de diabete dicemus.

Ad secundos referimus praecipue:

1. Febrim hecticam cum tabe totius corporis: si enim renibus suppurationibus a calculo pars puris refovetur, et sanguini admiscetur, haec febris oriri potest, uti in quavis alia suppuratione interna, quod observatio docet t).

2. Hydrops duplici modo a calculis originem trahere potest,

a. Renes, vel horum pelves per calculum perforari possunt, ut urina in cavum abdominis depluat u), sicque ascites oriatur.

b. Secretione urinae a calculo supra dicto modo prohibita, pars aquosa urinae in aliis partibus sese accumulabit, sicque pectoris, aliumve faciet hydropem.

3. Asthma vel hydropem pectoris, — vel intumescenciam praeternaturalem renum sequitur, vel etiam solo consensu nervorum nonnunquam oritur w).

4. Epilepsia, convulsiones, vel consensualiter a magna illa irritatione nervorum renum, vel ab urina in cerebrum delata oriuntur.

5. Apoplexia et mania posteriori modo, etiam certissime oriri possunt x).

C 2

6.

n) Lieutaud Obs. 1085. 1096. 1101. 1110. Bonnerus Obs. III. IV. Murray med. pract. Biblioth. B. II. p. 285.

o) Bonnerus Lib. I. Sect. II. Obs. 61.

p) van Swieten T. V. p. 853.

q) Cap. III. §. 3.

r) Cap. XI.

s) Bonnerus l. f. c. Obs. XXVI. Lieutaud, Morgagni, Hofmann.

t) Bonnerus Lib. II. Sect. VII. Obs. 5. Lieutaud.

u) Morgagni l. f. c. Epist. 34. n. 19.

w) Troia l. f. c. p. 264.

x) Bonnerus l. f. c. Obs. V.

6. Abortus in quavis periodo graviditatis oriri potest: ab irritatione nervorum enim spasmi oriuntur, qui motus quoque praeternaturales in utero excitant, illumque ad contractiones — ideoque ad abortum incitant: evolvendo *F. Platerum* exemplum invenire est, ubi femina calculosa decima quarta vice abortum passa est.

§. 5.

De prognosi paucissima dicenda habemus, optimus exitus enim est, si calculus descripto modo e corpore eliminatur, quod potissimum, et tantum fere a calculis parvis, levibus expectari potest: si vero in renibus, uretheribus, vel vesica remanent, semper periculum adest, ne unus alterve ex ad ductis effectibus calculorum in renibus haerentium oriatur, cuius prognos tunc, pro eius diversitate varia erit, uti ex hucusque dictis sponte fluit.

Caput. III.

Inflammatio Renum.

§. 1.

Sub nomine nephritidis multi autores omnes affectus renum intelligunt, inde nephritides spasmodicae, calculosae, aliaeque: nos vero hac denominatione tantummodo de inflammatione renum agimus, quam in renibus omnino locum habere posse, saepiusque observari nemo dubitabit, quum illis ad inflammationem necessariis requisitis — vasis nimirum et nervis, abunde gaudeant: nostrum vero non est, multa de natura inflammationis differere — definire, quid proprie sit inflammatio, num in vasis, et in quibusnam? num in cellulosa? an ubi potissimum haereat? id unice nobis dicendum est, nos tunc de parte C. H. quavis asserere, eam inflammatam esse, si rubore, dolore, tumore, et calore adaucto affecta est; — uti ad omnes inflammationes topicas, ita etiam ad nephritidem plethora, aetas junior, sanguis crassior, robur corporis, c. f. p. praecipue disponunt.

§. 2.

Plures autores diversas statuunt nephritides inflammatorias, pro diversa sede inflammationis; quando scilicet tunica et superficies externa renum tantum illa tenetur, inflammatio igitur erysipelatosae adest, hanc nephritidem inflammatoriam superficialem — erysipelatoses; ubi vero inflammatio profundius in renum substantia sedem suam figit, phlegmonodes — profundam nuncuparunt y).

Sympto-

y) vide sis inter alios Fr. Hofmann opera omnia T. II. Sect. II. Cap. VIII. §. 2. 3.

Symptomata in utraque eadem, gradu tantummodo differunt, et respectu therapeutico, nulla inde diversitas oritur; ubi cellulosa illa, renibus circumiacens inflammatione corripitur, nephritis spuria apud nonnullos audit, qua denominatione alii vero inflammationem musculorum circumiacentium intelligunt, quae vero nobis melius nomine lumbaginis inflammatorii insigniri posse videtur; sed haec iam missa faciamus, ut quae non ad nos pertinent.

§. 3.

Causae occasionales nephritidis inflammatoriae ad duas classes facile referri possunt: sunt enim vel causae internae, vel causae externae:

Ad primas pertinent praecipue sequentes,

1. Tumores partium vicinarum, ventriculi, flexurae colicae sinistrae, aliarumque, qui circuitum sanguinis, excretionemque urinae impediendo, modo facile explicando inflammationem renum faciunt z).

2. Ischuria quaevis longa a quacunque causa orta: urina enim nunc in renibus vel uretheribus stagnans, vicina premendo, dilatando, et acrimonia stagnando acquisita irritando, facile inflammationem facere potest a).

3. Calculus renalis, vel vicinas partes renum premendo, saepius adhuc scabra sua superficie vasa irritando, affluxum sanguinis adactum, contractiones spasmodicas, hisque inflammationem facit b).

4. Calculum vesicae irritatione vesicae per uretheres ad renes extensa, solum nephritidem fecisse, observatione evictum est c).

5. Haemorrhagiae consuetae e. c. narium, haemorrhoidum, lochiorum suppressae: sanguis enim maiori vi nunc ad renes ruit, sicque nephritis oritur d).

6. Depositio materiei arthriticae, podagrica ad renes, quae tamen solummodo in phletoricis inflammationem facere potest, in aliis enim haec causa potius calculum gignit, uti §. pr. vidimus.

7. Depositio materiei cuiusdam ad renes in febribus acutis, uti etiam puris in exulcerationibus internis e) vel sanguinis in haematuria renali f).

8. Nixus corporis validus duplici modo ad nephritidem confert, primo quatenus renibus a turgentibus musculis et partibus vicinis compressis etiam fines

z) Troja l. f. c. p. 197.

a) van Swieren l. f. c. p. 226.

b) Lieutaud l. f. c. Lib. III. Obs. 1166. van Swieren l. f. c. p. 226. 229.

c) Dodonaeus Obs. med. Cap. XLIV. nota.

d) Troja l. f. c. p. 198.

e) Troja l. c.

f) vide Cap. XI. §. 5.

fines arteriarum comprimuntur : porro quatenus ex eadem causa sanguinis crassior pars, et moleculae in vasa minima propelluntur g)

9. Contractio spasmodica vasculorum renalium, in hysteriis saepe observanda, qua tenuissimam tantum sanguinis et urinae partem transmittendo, sanguinem crassiorem in vasis impingendo, facile nephritidem facere possunt h).

Ad fecundas potissimum referuntur :

1. Motus, aestus corporis validus, e. c. currendo, equitando i).

2. Coitus frequens.

3. Abusus aromatum, spirituorum, vini, aliarumque k), haec omnia enim motum sanguinis augent, maiori vi illum in vasa minima pellunt, sicque inflammationes topicas, et accedente causa illum ad renes potissimum determinante, uti in casu no. 1 vel 2, nephritidem faciunt.

4. Diuretica acria, usus internus cantharidum : notum enim est haec valde irritare, motum sanguinis augere, simulque specificè in renes agere, ideoque duplici causa nephritidem facere poterunt.

5. Decubitus diuturnus partim ideo nephritidem facere poterit, quia musculo diaphragmate, quadrato lumborum, psoade in hoc situ non ita in renes agentibus, ac in aliis corporis positionibus, facile stases sanguinis oriuntur, tunc etiam quia urina nunc diutius stagnans, acrimonia sua renes irritare poterit l).

6. Contusiones, aliasque violentias externas in regionem renum agentes, saepius nephritides facere, quotidiana observatio docet, et ex multis tantum adducere placet cef. *Lieutaud.*

§. 4.

Diagnosin inflammationis renum non tam dubia arduaue est, ac illa calculorum, et signa nephritidis petuntur praecipue :

1. Ex dolore pungente, ardente, vehementi, inflammatorio in regione renum, qui situ in latere affecto, pressione fortiori externa, sternutatione, tussi, et quavis alia concussione corporis augetur, minuitur vero situ horizontali in dorso; interim tamen inflammationes renum inveniebantur, quae descripto dolore se non manifestabant m).

g) van Swieten l. f. c. p. 226.

h) van Swieten l. f. c. p. 228. Stoll Aphor. de cognosc. et curand. febr. p. 110.

i) Troia l. f. c. p. 196. v. Swieten l. f. c. p. 226.

k) v. Swieten. Troia. Stoll.

l) van Swieten l. f. c. p. 225.

m) Lieutaud. l. f. c. Obs. 1071, 72.

2. Febris inflammatoria acuta continua signis suis characteristicis dignoscenda, vigiliis nocturnis, lingua arida, delirio e. f. p. stupata, quae vel protopatica, vel sympathica est, si nimirum ex vehementia dolorum oritur n).

3. Urina rubra, flammea, nonnunquam sanguine tincta, in vehementiori inflammatione pauca, aquosa, limpida: tumentia enim vasa inflammata, fistulas minores secretorias comprimunt, et irritatio magna inflammationis illas spastice contrahit: ex qua causa urinae etiam facile magnam acridinem contrahere possunt: unde

4. Crebra illa saepius observanda leonamina mingendi, vesica haud impleta, inde illa saepius nephritidem comitantia stranguria, et dysuria o).

5. Stupor cruris vicini, dolor inguinis, et retractio testiculi lateris affecti p), facili negotio ex situ et decursu musculi psoadis, nervorum femoris, cruris et vasorum spermaticorum explicantur: interim saepius tamen in nephritide sic dicta calculosa, quam vero in inflammatoria observantur.

6. Nausea, vomitus biliosi, ructus, ileus ex irritatis nervis, per viscera abdominalia dispersis petenda sunt q) quae nonnunquam diagnofin inter enteritidem, et nephritidem, teste iam *Aegineta* r) difficilem reddunt, quod vero aegris parum damni affert, quum hi morbi eadem medela indigeant; et praeterea tamen multum lucis habebimus ex dolore in nephritide magis ad costas spurias, in enteritide magis ad anteriora abdominis tendente, ex obstructione alvina in priori casu facilius, difficilius vero in posteriori clysmatibus solvenda, ex defectu, vel praesentia reliquorum symptomatum inflammationis renum, e. f. p.

§. 5.

Periculofum morbum inflammationem renum esse facile liquet, pressis enim a vasis sanguineis distentis vasculis uriniferis, vel spastice contractis, sicque secretionem urinae prohibita, partes humorum corruptae, acres per urinam eluendae in corpore inclusae, multa poterunt facere damna, ad cerebrum e. c. delatae, sopores, convulsiones, apoplexias lethales s), unde iure *Arithaeus* t) in hoc morbo nihil magis timuit, quam urinae interceptionem: qui tamen allati pessimi effectus — uti ileus multique alii, etiam nonnunquam consensualiter ex magna illa irritatione nervorum, originem habere possunt: ex qua affectione nervorum et medullae spinalis, etiam paralyfes extremitatum inferiorum sequi possunt u). Parva copia materiei inflammatae in renibus haerente

n) Troia l. f. c. p. 194.

o) Lieutaud Obs. 1070, 71, 73

p) Lieutaud Obs. 1070, 71, 73.

q) van Swieten l. f. c. §. 99.

r) Lib. II. Cap. IX. p. 22.

s) Bonnerus l. f. c. Lib. II. Sect. VII. Obs. 5.

t) de Caus. et Sign. Morborum, Cap. XV. p. 749.

u) Bonnerus Lib. I. Sect. XV. Obs. 26.

rente, appositione sabuli urinae, sensim sensimque calculum generari posse renalem, supra diximus w).

Sed hac omnia ad rariora pertinent; saepius vero — si morbus non nimis vehemens fuit, viresque naturae ad solutionem sufficiunt, resolutio benigna ut optimus omnino exitus nephritidis sequitur, redeunte nimirum sanitate: ubi tunc urina crassa, copiosa, ruffa, cum sedimento copioso, haemorrhoides, vel aliae excretiones criticae observantur, uti pluribus videre sis in cel. van Swieten x).

Si vero nihil horum omnium sequitur, inflammatio igitur nec solvitur, nec sanatur, sed longius ad tempus non facile definiendum excurrit, haud raro — praecipue post errores therapeuticos, alia inde mala sequuntur, nimirum suppuratio, scirrhus, cancer, gangraena, et sphacelus renum, cum suis effectibus; quos iam morbos seorsim in tribus capitibus sequentibus libelli nostri, paululum adumbrabimus.

Caput IV.

Suppuratio Renum.

§. I.

Uti omnes inflammationes topicas in suppurationem transire posse, ex doctrina inflammationis abunde liquet, sic etiam inflammationem renum in illam, vel in exulcerationem et purulentiam degenerare posse, ex analogia, plurimisque observationibus constat y). Nec credimus sine inflammatione praegressa unquam suppurationem oriri posse, potius vero nobis cum cel. Richter z) et Graßmaier a) persuasum habemus, suppurationi semper et ubicunque inflammationem antecedere, ideoque suppurationem renum semper etiam ut effectum inflammationis ex quacunque causa ortae, consideramus; omnia igitur, quae inflammationem ex quavis capite pr. causarum addoctorum ortam, in suppurationem degenerare faciunt, e. c. nimia vehementia inflammationis, medela incongrua, nimis sero adhibita, e. f. p. quae vero in doctrina de inflammatione fusius indicantur, etiam semper suppurationem, vel exulcerationem renum faciunt: quam omnino fieri, probant praecipue.

Si

w) Cap. II. §. I.

x) l. f. c. §. 996.

y) Lientaud l. f. c. p. 254, seq. Bonnetus Lib. III. Sect. XXII. passim van Swieten, Hofmann, Vo-

gel, Purmann, Heister, Tulpius, Solingen, innumerique alii.

z) Anfangsgründe d. W. A. Kunst, T. I. §. 77.

a) Abhandl. v. Eiter.

Si post inflammationem 12, 14, 16 dies uno tenore perdurantem, febris, dolor, omniaque symptomata inflammatoria sensim minuuntur, horrores vero irregulares, crebro recurrentes, sensus pulsationis, formicationis, gravitatis, stuporis in loco affecto observantur, ibi verosimile est, suppurationem internam renum fieri, quam omnino iam factam esse facile scitur, si post praegressum horum symptomatum, sensus ponderis, tensionis in regione lumborum observatur, qui tali situatione corporis augetur, ubi renes pendentes quasi fiunt, e. c. si aeger in latus incumbit, et pressione externa exacerbando, ad pubem, testiculumque vicinum, propagatur: quae signa praecipua *Galenus* b) iam optime novit, et recensuit, dicens: *si dolores cum horrore interpolato inordinatim fieri videantur, et febris absque ullo ordine; tunc primum in ventrem decumbere iussum, atque interdum in alterum latus, ut sublimis sit partis affectae situs, laborantem interroga, num circa renes veluti suspensi cuiusdam ponderis sensum percipiat, etenim quum haec ipsi acciderint, abscessum colligi, conicere oportet.* Saep tamen alia adhuc symptomata ad hanc suppurationem accedunt, sic van *Swieten* c) dolorem urentem ad scapulam, et axillam extensum, *Hippocrates* d) stranguriam, ischuriam observavit, quae vero ut plura alia, ad minus constantia signa pertinent; diagnosin hanc suppurationis confirmat, si abscessu rupto, pus foetens per uretheres delapsus cum urina exit, cum hacque ita mixtum est, ut mox in fundo vasis urinam continentis, separatum appareat; tantum vero superioribus, suppurationem indicantibus signis iunctum quid probat, non vero solum, quum in urethere vel vesica pus generatum, vel ex alia parte corporis huc metastatice delatum e), etiam cum urina prodeat, et magna attentione saepe opus sit, ad definitionem loci pus fecerentis, uti optime iam notaverunt *Trallianus* f) et *Aegineta* g). Morbi vero progressus, symptomata renalia e. p. a. multum tamen lucis nobis suppeditabant.

§. 2.

Suppuratio renum diverso omnino exitu gaudet, nimirum,

I. Abscessu ita rupto, ut pus in pelvis renales deponatur, ex his cum urina e corpore eluatur, depuratio abscessus, eiusque sanatio integra fieri potest h), quod vero inter rariores exitus huius mali omnino pertinet: nonnumquam etiam observatur,

II.

b) de Loc. affect. Lib. VI. Cap. 3.
c) l. f. c. p. 238.
d) Aphorism. 59. Sect. V.
e) van Swieten l. f. c. 3. 896.

f) Lib. IX. Cap. V. p. 543.
g) Lib. III. Cap. XLV. p. 46.
h) Troia l. f. c. p. 210. Bonnetus l. c. Lib. III. Sect. XVIII. Additamenta, Obs. 4. alique.

II. Pure diutius in renibus detento, partem eius in massam sanguinis re-
forberi, unde tabes hectica — phthisis renalis originem suam trahit, quod ex
analogia e. c. vomicae pulmonis concludere licet, quodque observatio doceti).

III. Resorbta tenuissima tantum parte puris collecti, pars illius crassior
in substantia renum stagnans, abscessum formans, vel etiam totam substantiam
renis suppurati exulcerat, consumit, qualia exempla plurima et diversissima apud
autores exstant, optime collecta a cel. *Lieutaud*, *Bonneto*, aliisque, k) ubi non-
nunquam sola tunica externa renum superstes, faecis pure repletos formabat l),
in quibus mira saepe quantitas puris reperiebatur, sic *C. Pisto* m) in rene mulie-
ris abscessum invenit, qui quatuordecim libras, *Blondinus* n) alium, qui
quadraginta libras materiae purulentae continebat, qualia plura alia exempla
renum ita suppuratorum, et ob exitum puri denegatum dilatatorum, et exten-
sorum passim inveniuntur o). — Nonnunquam etiam particulae substantiae ren-
alis per suppurationem solutae, sub specie caruncularum cum urina puru-
lenta prodeunt, sicque totus ren consumitur, quod *Hildanus* p) iam observa-
vit, dicens, *imo renum frustra pollicis magnitudine per virgam, maximo cum*
dolore, et tormento excreta fuerunt, idemque observavit *Bonnetus* q) multique
alii.

IV. Nonnunquam pus collectum renes erodere, ad vicinaque sibi viam,
et inde multa damna facere potest r), sic in cavum abdominis depluens, afci-
tem purulentam fecisse observavit *Bonnetus* s), vel secundum directionem
musculi psoadis ad inferiora repens, abscessum in lumbis *Troia* t), aut circa
dorsum collectum, tumorem integumentorum prominulum, et inde ulcus fistu-
losum van *Swieten* u) et *Cabrolus* w) confirmant; rene per inflammationem
praegressam cum intestino colo concreto, pus in hoc transire, diarrhoeam-
que purulentam facere posse non absurdum videtur, annuentemque habe-
mus van *Swieten* x) *Aerium* y) imo ipsum *Hippocratem* z) ita habentem, *siqui-*
dem pus intro rumpatur, et ad intestinum rectum feratur, evadendi spes est.

V.

i) Bonnetus Lib. II. Sect. VII. Additamenta,
Obs. 5. Morton Phthisiologia.

k) Bonnetus Lib. II. Sect. XXII. Morgagni de Sed.
et Caus. Morb. Lieutaud l, f. c. Obs. 1122, et
seq. —

l) Lieutaud Obs. 1091, 96, 98, 1106.

m) de Morb. a feroc. colluv. Sect. IV. Cap. II.
p. 296.

n) Lieutaud l. f. c. Obs. 1134.

o) Lieutaud l. f. c. Obs. 1083, 87, 89, 90,
Lib. II, Obs. 186. Bonnetus l. f. c.

p) de Gangrena et Sphacelo, Cap. IV. p. 774.

q) l. f. c. Lib. II. Sect. XVIII. Obs. 12, 26, 21,
32.

r) Troia l. f. c. p. 211.

s) l. f. c. Lib. III. Sect. XXI. Obs. 8.

t) l. f. c. p. 211.

v) l. f. c. p. 241.

w) Bonnetus T. II. p. 566.

x) l. f. c. p. 242.

y) Serrin. LI. Cap. XVIII. p. 27c.

z) de Affectionibus, Cap. XVI.

V. Pus abscessus renalis his exesit ad diversa, et plura loca simul sibi vias sinusque parare, et cum his vitam non miseram, per integrum decennium perdurare posse, rara omnino observatio est, quam tamen facere, contigit dilectissimo praecceptorum, clariss. Prof. *Meckel*, quamque hic adducere, humilissime mihi concedit, nimirum:

Vir quidam ab equo in terram duram, in latus sinistrum delapsus, dolore fixo, acuto, aliquot postea dies sensu ponderis lateris affecti, et post aliquot tempus tussi, cum expectoratione corripiebatur, nec tamen viribus multum exhaustus, sat facile negotia sua tum equo, tum pedibus per duodecim annos curabat: postea vero febris hectica, atrocissimisque doloribus lateris sinistri correptus, aucta expectoratione, pus sanguinolentem, grumofum, pulmones resolutos referens expuens, tabe confectus, tandem moritur.

Sectione instituta, inveniebatur ren sinister magnitudinis capitis infantis, arctissime cum diaphragmate, et pulmones cum pleura cohaerentes, ita ut omnia viscera abdominalia, exceptis intestinis — simul cum diaphragmate, pulmone, et corde excindenda fuerint; loco renis sinistri inveniebatur sacculus mirae magnitudinis, membrana crassa confectus, magnam copiam puris albi, crassi continens, pelvis, uretherque incrassatus, angustatus; exactiori examine inveniebatur in superficie posteriori, et regione inferiori pulmonis sinistri ruptura, per cuius aperturam digitus immisus, ad marginem anteriorem alae inferioris pulmonis sinistri, in cavitatem magnam ibidem haerentem, liberissime protrudebatur; ex huius cavitatis fundo, per aperturam circularem in aliam secundam cavitatem ducebatur, quae in diaphragmate, inter eius substantiam, super apicem suprarenalem sinistram, et in toto ambitu partis sinistrae diaphragmatis extendebatur; ren ipse in sacculum enormem — uti iam diximus — degeneratus, superiori maiori, et inferiori minori cavo gaudebat, quae tamen nec inter se, nec cum illa in diaphragmate communicabant; in omnibus his quatuor descriptis cavitatibus, pus copiosissimum, crassum, albidum hydatidibus inter mixtum, plane illi simile contentum erat, quod sputo reiciebatur.

Inaudita fere haec destructio, certissime effectus inflammationis harum partium post lapsum ex equo ortae erat, facileque ex hac explicatur: nec tamen mente fere concipi potest, quomodo per duodecim annos, aeger vitam sat bonam trahere potuit.

§. 3.

Prognosis suppurationis renium semper fere mala, ex diverso exitu suppurationis repetenda est: et pro huius diversitate et ipsa variat, uti ex allatis facile liquet, ideoque haec iam de hoc morbo sufficiant. D 2 §. 4.

§. 4.

Hic ceterum etiam nominasse optimum erit rariora illa observata de renibus tuberculosis cel. *Eustachii* et *Severini*, quae vide sis in *Lieutaud* a) : et forte etiam causis suppurationis renum adnumerari potuissent? quorum vero observatio rara impedit, quo minus plura de his dicamus.

Caput V.

Induratio Renum.

§. 1.

Ubi nec resolvendo, nec suppurando materies per inflammationem vasis impacta solvitur, una cum his indurescit in scirrhum; quid sit scirrhus quisque facile novit, nec tamen facile definitur: cum enim tumorem durum, infensilem, ad degenerationem cancerosam dispositum, partibus glandulosis proprium esse, non omnino ad eius definitionem sufficit, uti pluribus videre est in cel. *Richter* b); nos vero hic nomine scirrhi renum intelligimus, tumorem durum, indolentem, nonnunquam in cancerum degenerantem, indurationem renum simpliciter ab *Aegineta* c) dictam.

§. 2.

Causae indurationum scirrhorum, praeter inflammationem variae esse possunt, e. c. contusiones, materies arthritica, serophulosa, venerea, exanthematica, atrabiliaria, multaeque aliae, uti fusius videre est in cel. *Richter* d), ex analogiaque concludi posse nobis videtur, indurationes renum, accedente causa determinante etiam ex his causis oriri posse: interim tamen raro, nisi post nephritidem praegressam vehementem male tractatam, nec solutam, nec suppuratam oriuntur e), discunturque, si post inflammationem praegressam finitam, nec tamen cessante dolore acuto, per sat longum tempus, imo per annos sensus ponderis in parte posteriori lumborum, in regione costarum spuriarum infimarum sentitur, deficientibus signis suppurationis, et accedente stupore, impotentiaque quadam femoris, et cruris vicini; indurationes renum omnino fieri observatio docet f) saepeque ad immensam magnitudinem incrementum,

a) Lib. I. Obs. 1076, 77.

b) l. f. c. §. 423, 24.

c) Lib. III. Cap. XLV. p. 46.

d) l. f. c. §. 427.

e) van Swieten l. f. c. §. 1003. Troja l. c. p. 211.

f) Lieutaud Obs. 1074, Lib. II. 477. Bonnetus, T. II. Lib. III. Sect. XXII. Obs. 21. no. 10. Morgagni, aliique.

feunt, sic ut pondere plures aequarent libras, magnamque partem cavi abdominis adimplerent g).

Huc etiam rariores illae indurationes renum optime referri posse videntur, ubi illi nonnunquam duritie cartilaginea h), saepius etiam lapidea i) inveniebantur, uti exempla adducta probant.

§. 3.

Scirrhus incipiens saepe adhuc medelam admittit: nonnunquam etiam diu — imo per totam vitam sine damno, multisve molestiis ab agris toleratur, ubi hoc vero non fit, effectus renum induratorum varii sunt:

1. Paralyfin extremitatum inferiorum inde oriri posse, multi negant, e. c. Troia k) et van Swieten l) qui ita dicit, *an autem a renibus tumentibus perfecta paralyfis in femore, et crure eiusdem lateris produci possit, dubium videtur*: hoc tamen omnino fieri posse, affirmat Boerhaave m) probatque observatio illa Bonneti n).

2. Scirrhus, indurationes partium internarum corporis, ascitidi ansam dare posse, teste cel. van Swieten o), observatio quotidiana probat: idem a renibus induratis fieri posse facile patet, secretionem urinae nunc diminuta, pars aquosa, serosa sanguinis accumulatur, unde hydropses varii, praecipue ascites p).

3. Renes per indurationem magnitudine, et pondere aucti, saepius ex situ suo naturali in alium protrudi, multaque mala inde in oeconomia humana omnino facere, multa etiam tantum mentiri possunt; sic observationes habemus, ubi tumor ad costas spurias continuo increfcens, omnem medelam respuens, tandemque ad femur usque extensus a rene indurato, et mole in immensum aucto proveniebat, uti sectio docuit q). Plura alia exempla renum sic dislocatorum vide sis in Lieutaud r) aliisque.

4. Ut a quavis induratione scirrhus, sic etiam a renibus induratis, dirissimo fato nonnunquam degeneratio cancerosa oritur s), quam fieri vel factam iam esse concluditur, si praegressis signis indurationis, dolores pungentes, lancinantes, scin-

g) Troia l. f. c. p. 222.

h) Schrökius, Lieutaud, Obf. 1075. Drouin, Lieutaud, Obf. 1212.

i) Lieutaud Obf. 1208. 1177. Bonnetus, L. III. Sect. XXII. Obf. 9. Sect. XXIII. Obf. 42.

k) l. f. c. p. 222.

l) T. III. p. 244.

m) §. 1003.

n) Lib I. Sect. XV. Obf. 26.

o) l. f. c. §. 1229.

p) Bonnetus, Lib. III. Sect. XXI.

q) Ephemerid. Nat. curios. Centur. IX. Obf. 4.

r) Lib I. 1212. 1067.

s) Troia l. f. c. p. 223. Lieutaud, Lib. I, Obf. 115.

foeindentes aegrum in loco affecto excruciant; si urina sanie cancrofa, frustulisque carnofis mixta mingitur, mors optata femper huic malo, ferius ocyus finem imponit.

Caput. VI.

Gangraena Renum.

§. 1.

Ubi pars quaedam c. h. motu, fenfu, calore deftituitur, coloreque fufco, livido, vel atro induitur, pars illa gangraenofa dicitur, et gangraena fphaeculusque gradu tantum differunt, et nihil aliud funt, quam mors partis organicae t). Causas huius mali cel. *Richter* u) ad quatuor notiffimas illas claffes retulit, nimirum ad influxum fanguinis in partem quandam, refluxum eius ex illa, vel actionem nervorum in illam impeditam fublata, vel tandem ad inflammationem partis. Rariffime tamen in renibus ex alia caufa, quam ex inflammatione praegreffa, gangraena oritur; illam vero in vifcere noftro praefentem, faepius in hanc mutant, vehementia inflammationis, humorum circulantium pravitatis, caefaeque accidentales variae aliae, ex eius doctrina generali repetendae.

§. 2.

Teterrimum hoc malum in renibus adesse cognofcitur, fi poft nephritidem inflammatoriam vehementiffimam — nec folutam nec fuppuratam praegreffam, dolores inflammatorii atrociffimi, femel et fubito inopinato evanefcunt, vices fimul totaliter profrantur; pulfus debiliffimus intermittens fenfitur, fudores frigidi, vifcidi erumpunt, fingultus cum aliis fymptomatibus malignis accedit, urina vel nulla, vel vero livida, nigra, foetens, carunculis fufcis inquinata mingitur.

§. 3.

Prognofis femper peffima eft, nec natura nec arte aliquid in defperato tali cafu fieri, fola vero mors finem malo imponere poteft. — Renum lethali hoc affectu in putrilaginem cadaverofam diffolutorum, et gangraenoforum plura exempla habentur in *Eufiachio* w), *Lieutaud* x), *Haller* y), *Stoll* z), aliisque.

§. 4.

t) *Richter* l. f. c. §. 126.

u) *ibidem* §. 117.

w) de Renum ftrutura e. c. c. Cap. XLV. p.

220.

x) *Lib. I. Obf. 1108, 9. Obf. 826. Lib. II. Obf. 548.*

y) *Differt. pr. IV. 87. Chefton, q. Bader, Obf.*

z) *Journal de Medicinæ XVII. 247.*

z) *Ratio medendi, I. 163.*

§. 4.

Plures autores etiam de renibus putridis inventis mentionem faciunt, uti *Bartholinus*, *Severinus*, *Eustachius*, *Ol. Borrichius*, multique alii, uti collecta plura exempla videre sunt in cel. *Lieutaud* a) propriisque capitibus has observationes allegarunt, sed ut nobis quidem videtur minus apte: has observationes enim perlegendo facile liquet, renes vel suppuratione, vel gangraena, vel tandem degeneratione cancrofa sic mutatos fuisse; ideoque non placuit, proprio illis capite hic adducere, quum potius ad proprios morbos renum iam tractatos, nimirum vel ad suppurationem, vel ad cancerum, vel tandem ad gangraenam referendae sint, ubi illos, quantum nostrum erat, iam adduximus.

Caput VII.

Hydrops, Hydatides Renum.

§. 1.

Hydrops renum diffusus tam raro occurrit, ut nihil certi de causis, vel natura eius dici queat; unde raro, nisi tantum post mortem cognosci poterit, symptomataque generaliora hydropis ascitidis, vel scirrhi renalis habebit; revera tamen, utut oppido raro hunc morbum ab autoribus observatum fuisse, patet ex *Williso* b), ex alia observatione in actis Parisiensibus, ubi triginta quinque librae aquae in rene cuiusdam sinistro inveniabantur c), *Stoerck* d), *Heusermann* e), *Sandisfort* f), aliisque.

§. 2.

Multo frequentius hydropis renum diffuso observatur alius affectus priori haud absumilis, nimirum hydatides renum; nostrum esse nequit, de horum natura multa differere, vel disquirere, num a verme illo, taenia hydatigena dicta — num ab expansione telae cellulosae — vel tunicarum vasorum lymphaticorum; vel unde oriantur? sufficiat nobis, quod sciamus, renes haud raro his affici, quod observationes abunde docent: varii enim hydatides invenerunt, uti *Ruyshius*, *Gouziere*, *Merzlinus*, *Horstius*, *Morgagni*, alique, quales etiam observationes plures inveniuntur, evolvendo cel. *Lieutaud* gg), *Bonnetum* hh), et *Boose* ii) aliosque.

Ca-

a) Lib. III. Obs. 110. et sequent. ad usq. Obs. 1121.

b) Lieutaud l. c. Obs. 1182.

c) ibidem, Obs. 1065.

d) Annus medicus secundus, 253.

e) Physiologie, 10. 715.

f) Obs. a. p. 46. 57.

gg) Lib. I. Obs. 1175, 79, 80, 81, 1121, 75,

1286. Lib. IV. Obs. 151.

hh) T. II. Lib III. Sect. XXI. Obs. 5. 43.

ii) de Rene, per hydatideum penitus destructo.

Casum huc pertinentem rarissimum plane singularem, ante aliquot tempus videre mihi datum erat, quem illust. Prof. *Meckel* hic commemorare, tabulae aenea 1^{ma} illustrare humanissime permisit.

Hieme nimirum elapsa, in infante recens excluso et ut videbatur adhuc immaturo, a matre in aquam demerso, dilectissimo praeceptori ad sectionem legalem instituentem apportato, hac facta inter alia huc non pertinentia, ren dexter magnitudine immensa, tota substantia sua in hydatides variae magnitudinis degeneratus, et eius urether in loco paululum a rene remoto angustatus, et immeabilis inveniebatur; hydatides illae omnes magna copia feri turbidi scatebant, et ren sinister naturali magnitudine, etiam duabus parvis hydatibus gaudebat; reliquae partes sanæ erant. Inter rariora huius sectionis etiam referendum erit, pulmones dissectos et in aquam proiectos, semper fundum petiisse; quamquam infans iam ita putridus erat, ut plurimae aliae illius partes in aqua notabant, quod vero iam nostrum amplius non est.

§. 3.

De causis, et signis hydatidum non est, quod differamus, quum non nisi tantum post mortem dignosci, et si hoc possibile esset — tamen non sanari poterunt.

Caput VIII.

Hic nonnulla adhuc vitia renum enumerabimus, quarum rara observatio quidem non permittit, ut seiunctim illa adducamus, quae vero tamen intra limites propositi nostri pertinent, omnemque attentionem mentionemque merentur; huc referimus praecipue sequentes.

§. 1.

Uti in multis aliis corporis humani partibus, sic etiam in renibus vermes nidulare posse observatio docet: sic *Zacutus Lustanus* g) in utroque rene vivos, albos, *Blafius* rubicundos, et *Tonsonius* vermes oblongos invenerunt h). Tale exemplum etiam legitur apud *Bometum* i) idemque affirmat *Bowel* k), *Walshnerius* l), *Morgagni*, *Baldinger* m), *Stenzel* n), aliique.

§. 2.

g) Prax. histor. Lib II, Cap. XVI, Obs. 6.

h) Lieutaud Lib. I, Obs. 1209, 1c, 11-a.

i) Lib. III, Sect. XXIII, Additam, Obs. 2.

k) D. Manche, in Zodiaco med. gallico, p. 122.

l) Consideraz. int. alla generaz. de Vermi.

m) Magazin f. Aerzte, III, 19, Journal de Med.

IX, 244.

n) Anthropologia XVII, 42.

In actis Londinensibus invenitur observatio feminae, in cuius rene post obitum exigua cochleae terrestri testa, pulchre admodum elaborata o), et in actis Lipsiensibus affine huic exemplum existat, ubi in pelvi renum, corpus testaceum inveniebatur.

Interim haud a vero nobis abhorreere videtur, haec nihil aliud, quam concreciones calculosas figurae rarioris fuisse.

§. 3.

Apoftemata in renibus invenit *Traffelmann* p), scatomata *Bonnetus* q), renes fissuris pluribus scatentes *Portal* r), aere distentos *Eustachius* s), pinguedine obfitos, arenula repletos *Bonnetus* t), atrophicos *Bartholinus* u), mucro refertos *Bonnetus* w), eminentiis verrucis haud absimilibus, cicatricibus obfitos, protuberantiis haemisphaericis asperos *Morgagni* x), pelves renales ossificatas idem.

§. 4.

In musaeo illustriss. *Meckel* etiam degeneratio plane singularis, renis lipomatosi asservatur, quam hic publici iuris facere, humanissime mihi permisit.

Nimirum in cadavere, ad demonstrationes publicas anatomicas destinato, feminae cuiusdam, de cuius vero morbo, passionibusque vita sua perpessis, mortemque praegressis, maximo artis detrimento, plane nihil detegi a parentibus poterat; inveniebatur in altissima parte vaginae pessarium ligneum confectum, undique vero materia animali incrustatum: porro ren sinister totaliter in massam adiposam, lipomatofam ita mutatus, ut et ne minima quidem pars substantiae renalis superesset, qua eadem labe etiam urether affectus erat, cuius tunicae in toto suo decursu, quam maxime incrassatae inveniebantur; praeterea in medio huius tam enormiter degenerati renis inclusi erant duo calculi, maior — triangularis, magnitudine cereali, colore nigro, et minor, rotundus, eiusdemque coloris.

Deficiente omni historia morbi, dici nequit, num pessarium comprimendo uretherem forsitan sinistrum, sicque remoram urinae efficiendo, tam ad hanc re-

o) Lieurand, l. f. c. Obs. 1211.

p) Miscell. curios. 1670.

q) l. f. c. Sect. XXII. Obs. 23, 24.

r) Lieurand Obs. 1204.

s) de Renum structura &c. Cap. XLV. p. 120.

t) Lib. III. Sect. XXI. Obs. 8, 10.

u) Cent. II. Hist. 60.

w) Sect. XXIV. Obs. 4, 7. Lieurand, Obs. 1025, 1592.

x) de Sede et Caus. M. Epist. XLII. n. 2, 39; Epist. XLIV. n. 15.

nis in adipem versionem, quam ad generis calculi fecerit? An calculus primo, quavis a causa generatus, causa fuit, naturaque providens, ad damna ab huius praesentia oriunda avertenda, imminuenda hanc degenerationem infuituit? an quid in hoc cadavere inventorum effectus, quid vero causa fuit? vide Tab. II.

Caput IX.

Ischuria Renalis.

§. 1.

Si nulla urina e corpore excernitur, ischuria adesse dicitur, quae duplex esse potest, vel enim nimirum, urina secreta quidem non excerni potest, vel nulla omnino fecernitur. Illum ischuriam spuriam, hunc casum veram nonnulli nominare amant y); nos vero potius cum celeb. de la Motte, Petit, aliisque, priorem suppressionem alterum retentionem urinae dicimus, quorum affectum tamen prior multo rarior est secundo, nec tamen semper utrumque renum morbose affectum supponit, sed et uno tantum morbo, et altero vero sympathice affecto, oriri potest z). Ad limites huiusce libelli vero, tantum suppressio urinae pertinet.

§. 2.

Causas huius mali ad quatuor classes referimus; nimirum ad,

Imam omnia, quae spasmum in vasculis renum faciendo, secretionem urinae impediunt, et quae vel in renibus ipsis haerent, vel in aliis partibus, et sympathice tantum renes afficiunt: ad illas pertinent praecipue, acrimoniae variae ad renes depositae; vel praecipue in illos agentes e. c. acrimonia arthritica, rheumatica, scabiosa, scorbutica, — diuretica acria, cantharides; porro inflammatio a), calculi b), vermes in renibus c); ad has — affectio hysterica, hypochondriaca, dentitio d), inflammationes aliorum viscerum, aliaque; illa cognoscenda erunt ex morbis praegressis, defectu aliarum causarum, acris illis ingestis: haec ex affectionibus praesentibus, doloribus in hac, vel illa parte, multisque aliis, ex statu aegri desumendis.

2^{do}. Omnia quae paralyti renum favent, actiones vasorum tollunt, illos ad urinae secretionem impares reddunt: quod vel a causis internis, vel ex-

y) Junkers Patholog. med. Vol. II. p. 268.

z) Troia neue Saml. f. W. A. XIX. Stück. p.

34. Bonnetus, Lib. III. Sect. XXIV. Obs. 3.

a) Conf. no. 3. huius §. et Cap. III. §. 4. Bonnetus, l. f. c. Obs. 9.

b) Conf. Cap. II. §. 3. n. 4. Bonnetus, l. f. c. J. §. 1. 8. 29. 30. plurimisque aliis locis.

c) Conf. Cap. VIII. §. 1.

d) Troia, l. f. c. p. 36.

externis fieri potest: exempla ubi paralysis renum a causa interna orta, ischuriam nostram fecit, cel. habet *Morgagni e*), et *Bonneti* illa observata, dicentis ischuriam a vi attractrice vasorum abolita, ortam fuisse f), certe huc referenda sunt. — Observationes ischuriae paralyticae, si hoc verbo uti liceat, a causis externis ortae, haud rarae sunt, et adducere tantum placet *Bonnetum g*). — Sicuti violentiae externae capitis, vel extraversato, vel concussionem cerebri, paralytes cuiusvis fere partis facere possunt, sic — in renibus, hanc faciendo, etiam ischuriae renali ansam dare poterunt h). — Cognitio harum causarum ischuriae facilis erit, si externae, difficilior, immo nonnunquam difficillima, si causae internae fuerint.

3^{io}. Omnia, quae vasa in renibus obstruendo, secretionem urinae impediunt, quo referimus: inflammationem renum, quae vascula minima comprimendo, ischuriam facit, ideoque huc pertinet, quam vero etiam spasmo excitato producere potest, unde in No. I. huius §. etiam adducenda fuit: porro plethora, sanguis enim maiori vi agitatus, facile in vasa minima ita impingi potest, ut haec obstruat i); violentiae externae cuiusvis generis in renes agentes, quatenus nimirum extravasationem in illis facere possunt k), depositio materiae cuiusdam morbosae, quae No. I. huius §. confringendo, spasum excitando, hic vero obstruendo agit; suppuratio renum l), repletio, obstructio illorum, materia tenaci, mucosa, quam varii observarunt m). Plurimae hae causae ex ante dictis facile cognoscuntur.

4^{to}. Secretiones, excretionisque serosae alius generis immodicae n) ab autoribus etiam causis ischuriae adnumerantur, quae raro tamen ischuriam completam, potius tantum urinae secretionem diminutam facere possunt: sic etiam densitatem sanguinis nimiam, ischuriam facere posse affirmant; quod nobis vero minime arridet; ad propriam classem vero referendae sunt rariores quaedam ischuriae causae, ab autoribus observatae, quo referimus exemplum illud *Bonneti o*), ubi a vulnere ventriculi, omnia fluida ingesta in cavum abdominis transmittente, ischuria observabatur: aliud eiusdem autoris, ubi renes a calculo perforati urinam in eundem locum depluebant p), et *Sennerti q*) illam observationem tandem, ubi ab erosione vasculorum urinalium ischuria oriebatur.

Qui ceterum exempla plurima ischuriae, a diversissimis causis ortae videre cupit, adeat cel. *Bonnetum*, *Morgagni* aliosque.

E 2

§. 3.

e) de Sed. et Caus. Morb. Epist. X. n. 13.

f) Lib. III. Sect. XXIV. Obs. 5, 2r.

g) Lib. IV. Sect. III. Obs. 3. 9. 29.

h) Troia, l. f. c. p. 238.

i) Bonnetus, l. f. c. Obs. XXIV. Appendix 2.

k) Troia, l. f. c. p. 39.

l) Conf. Cap. IV. §. 1. Bonnetus, l. f. c. Obs. IV. §. 1.

m) Lieutaud, Lib. I. Obs. 1025, 1598, 592.

Bonnetus, l. f. c. Obs. I. n. 12. passimque.

n) Funcker, l. f. c. p. 269.

o) Lib. III. Sect. XXIV. Obs. 18. §. 12.

p) l. c. Obs. II. §. 1.

q) Notolog. T. V. Obs. X. p. 398.

Symptomata ischuriam renalem comitantia varia sunt: nonnunquam observatur sensus ponderis, doloris haud raro vehementissimi in regione lumbari, qui tamen saepius etiam omnino abesse potest: febris pro ratione causae, diversae naturae, vehementiaequae, saepe in initio morbi deficiens, in eius incremento tantum accedit: suppressione urinae diutius durante, saepe saepius alii humores eius odorem, naturamque adipiscuntur, uti saliva, sudor, alique: quale exemplum oppido rarum, ischuriae per septem annos durantis, invenire est in cel. *Sauvages* q), ubi fudor periodice rediens foetidissimus, urinam e corpore eliminabat. Nonnumquam accedit etiam nausea, vomitus, cardialgia, singultus, aliaque symptomata, quae optime adnotata sunt in illust. *Troia* r).

Defectus omnium symptomatum ischuriae vesicalis, e. c. doloris, tumoris in regione vesicae urinariae, applicatio catheteris sine effluxu urinae: praesentia vero signorum affectionis renum, uti dolores, sensus ponderis in regione lumborum, affectus, morbi que praegressi, et plura alia, diagnosin ischuriae renalis a vesicali, certe haud difficilem reddunt.

§. 4.

Effectus ischuriae renalis varii sunt: si vel natura, vel arte ante quartum, sextum, vel septimum diem solvitur, sanitas integra redire potest s), quod vero etiam post ischuriam per plures, per quindecim t) per viginti duos u) menses, imo per annos w) durantem fieri posse, observatio docuit, si nimirum urina per excretionem vicariam eliminatur, quod omnino fieri, observationibus adductis constat; si vero hoc non fit, ab ischuria longius perdurante post eius durationem non facile generaliter definiendam, multa, et maxima in oeconomia humana inde oriri possunt damna: urina enim nunc in sanguine retenta, hunc corrumpendo, a crasi sua naturali alienando, febrem lentam, hecticam facere potest: vel pars aquosa sanguinis in dies aucta, impedita eius excretionem per urinas, facile in diversa corporis cava deponitur, unde hydrops anasarca, pectoris, ascites x). Sanguine per urinam retentam acriori reddito, systema nervorum ab illo irritatur, inde convulsionem, singultus, deliria, vel extravasata urina in cerebrum, epilepsia, mania, carus, apoplexia, innumeraque alia.

§. 5.

r) l. f. c. p. 42.

s) *Troia*, l. f. c. p. 42.t) *Acta Nat. curios.* T. III, Obs. 6.u) *Morgagni de Sed. et Caus. Morb.*w) *Journal de Medicine*, T. X.x) Vide plura exempla hydropsis ex hac causa orti in *Bonneti Lib. III, Sectio XXI*, aliisque.

§. 5.

Prognosis ischuriae renalis, pro diversa duratione diversoque exitu magnopere variat: sic e. c. ischuria cito, vel natura, vel arte soluta, non multa damna facere poterit; cum e contra idem malum diutius durans, symptomata nervosa modo supra dicto excitando, facile lethiferos effectus producat: quae omnia ex antea dictis facile eruuntur, sic ut plura de prognosi, quae dicamus, non habemus.

Caput X.

Diabetes.

§. I.

Definitiones de diabete varias habemus, sic cel. *Callen* y) eam ita definit, quod sit urinae praeternaturalis, copia immodica, profusio chronica: *Marcus* z) largam urinae profusionem, cum totius corporis contabescencia diabetem vocat; eadem denominatione *Troia* a), excretionem frequentem, copiosam, urinae crudae, pellucidae, variis partibus animalibus mixtae, intelligit: nos vero cum cel. *Iunker* b), et van der *Borch* c), solummodo habita ratione quantitatis urinae, eam ita in genere definimus, quod sit nimirum urinae profusio chronica, potionum copiam longe superans: illamque tunc ratione qualitatis urinae in duas classes dividimus: in veram — anglicam cel. *Callen* d) ubi urina chilosa, odorata, gusta mellea, odore violarum, copiosissima excernitur: et in spuriam, legitimam *Aretii*, ubi urina aequa, inodora, pallida, cruda mingitur; quae in eo tamen, uti per se patet, inter se conveniunt, quod in utraque urina, quantitatem potulentorum assumptorum longe superet. In definitione posterioris, spuriae, plurimi autores inter se conveniunt, nostraeque sententiae assentiunt e); quod vero definitionem prioris, verae, anglicae attinet, nonnulli nomine tantum, non vero re ipsa a nobis dissentiunt, e. c. *Haller* f), nonnulli etiam totaliter nobiscum sentiunt, uti *Troia* g), *Iunker* h) alique; alii quidem ad hanc definiendam dicunt, potulenta immutata per urinam excerni debere i), sed recentiores argumentis hand contemnendis demonstrarunt, quod potulenta non possint immutata per urinam secedere.

Ob-

y) Gen. Morb. S. LVIII.

z) Dissert. de Diabete, Götting. 1775.

a) l. f. c. p. 265.

b) l. f. c. p. 265.

c) Dissert. inaugural. de Diabete, Götting. 1770.

Cap. I.

d) Nefolog. med. T. III. P. II. p. 135.

e) Conf. Marcus, l. f. c. §. 6. v. d. Borch l. f. c. p. 3. Troia, l. f. c. p. 61.

f) Element. Physiol. T. VII. p. 37.

g) l. f. c. p. 61.

h) l. f. c. p. 265.

i) M. Ermillieri Op. Med. T. III. p. 127.

Observatores etiam nonnunquam diabete[m] periodicam adnotaverunt, sic Bartholinus k) exemplum huius morbi, singulis mensibus, Schellhammerus l) aliud, quotannis revertentis habet.

Nonnunquam fluxus diabeticus etiam ut morbus symptomaticus, aliis morbis se adiungit, ut dysenteriae m), stadio suppuratorio variolarum, arthritidi inveteratae, dentitioni, hypochondria, aliisque pluribus n).

§. 2.

Quae sit causa proxima fluxus diabeticus, autores inter se dissentiunt, et sufficiat nobis, nonnullas tantum sententias circa hanc rem adduxisse: Galenus o), A. Trallianus p), Oribasius q), conveniunt inter se, dicentes: diabete[m] esse calidam renu[m] affectionem, in qua sanguinem avidius attrahant, ob facultatis retentricis debilitatem autem retinere non possint: quae vero obsoleta iam sententia haud ulla refutatione indiget: Arethaeus r), Avicenna s), Pifo t) illum ab humore quodam bilioso acri, renibus inhaerente, et hos ad validiorem attractionem stimulantem, et Albinus u) a potu in ventriculo in vapores resolutum, eiusque poros penetrante, non maiori iure derivat; Cowringius w) causam proximam fluxus diabeticus in defectu particularum sulphuris, Willis x) in deliquio quodam sanguinis, Lister y) in affectione quadam ventriculi, et intestinorum tenuium, Mead z) in vitio hepatis, vitiatamque miscela[m] bilis, Günz a) in obstructione viscerum quaeviserunt: et recentissima theoria de natura causae proximae fluxus diabeticus, est illa cel. Darwin b), qui eam in motu retrogrado in vasis lymphaticis posuit, de qua plura vide sis cap. I. §. 2.

Plures adhuc sententias adducere, limites huiusce libelli transcenderet: nonnullae illarum — uti ex allatis liquet, ad nugas, per principia recentiora physiologiae hodiernae, satis, superque refutatas pertinent: aliae falsis principis nituntur, inde per se collabuntur: reliquae omnes — si quid, causae remotae sunt, non autem causa proxima, quam nos vero potissimum in affluxu sanguinis adaucto, nimio, ad vasa renalia, simul cum horum flacciditate, laxitate et solutione, aquositate quadam humorum, eos praecipue ad transitum per renes proclives reddente, quaerimus: nec tamen cum cel. Marcus c) credimus,

k) Acta hafnienf. Vol. I. Obs. V.

l) Dec. III. Ann. 17. p. 509.

m) Thom. Bartholinus, V. I. Obs. 42.

n) Morton Phyreol. I. 9. p. 106. Sydenham Diff.

o) Epist. de hyst. Richard Morton Phthisiol. T. I.

p) C. 9. Krazenstein Theoria fluxus Diabeticus.

q) de Locis affect. Lib. VI. Cap. III.

r) Lib. de l. h. part. Vitius, Cap. VIII. p. 265.

s) Synopsis L. IX. Cap. XXXV. p. 246.

t) Synops L. IX. Cap. XXXV. p. 246.

u) Diutior Morb. Curat. L. II. Cap. II. p. 51.

v) L. III. Tem. XIX. Tracl. II. Cap. 17.

w) de cognosc. et curand. praecip. C. H. affect.

x) C. XXXIII. p. 338.

y) Opera eius T. II. Cap. I. Tracl. 3.

z) Dissert. de Diabete, Helmst. 1676.

a) Opera omnia, Sect. IV, Cap. 3.

b) Exercitat. de Morb. chronic. p. 71.

c) Op. omnia, Tracl. de Vipera. p. 39.

d) Dissert. de Diabete, Praef. Nicolai, Ienae 1770.

e) Saml. auserles. Abhandl. f. praktische Aerzie,

f) B. VI. A. 1. p. 273.

g) l. I. c. 1. p. 221.

mūs, hanc unice per bilem saponaceam, virtute resolvente gaudentem sanguini admixtam produci posse: potius vero nobis videtur, omnes causas sanguinem solventes, partem eius aquosam augentes, accedentibus reliquis illis allegatis conditionibus, fluxum diabeticum producere posse: et causas remotiores omnes, solummodo conspirationem illorum facientes, huic ansam dare.

§. 3.

Inter causas remotas primo nobis considerandae veniunt causae praedisponentes, et in his principem fere locum habere videntur:

1^{mo}, dissolutio sanguinis: inde fluxus diabeticus haud raro post febres acutas, in quibus massa sanguinis valde dissoluta erat observatur; hinc etiam ad diabetem facere veram videtur chili in sanguinem imperfecta mutatio, cuius ope is ipse suis sub characteribus per vasa renis naturaliter se habentia egeri potest;

2^{do}, talis status renum, ubi horum tubuli ampli, patentes redduntur, unde sanguinis latex nimis prompte excipitur, cui sententiae etiam sectiones cadaverum favere videntur d) et qua facile intelligitur, qui fiat, ut e. c. calculosi non raro affectione diabetica corripantur: interim tamen fluxus diabeticus, hanc dilatationem renis per calculum sequens, non unice inde explicandus, sed simul ad sanguinis auctum affluxum ad renes, per horum irritationem continuam respiciendum est;

3^{io}, obstructions viscerum, praecipue hepatis; sanguis enim — prohibito libero eius influxu in haec, maiori nunc vi ad renes fertur, sicque causa fiunt praedisponens ad diabetem;

4^{to}, tandem, aeris atmosphaerici nimia humiditas, plurima illa requisita, §. pr. in definitione causae proxinae supposita efficiendo, ad diabetem disponit.

§. 4.

Causis occasionalibus, quae omnes vel sanguinem dissolvendo, vel laxitatem renibus conciliando, vel congestiones versus renes, vel omnia simul efficiendo, fluxum faciunt diabeticum, praecipue sequentes, ut plurimum observatione comprobatas adnumeramus:

I. Potio frequens potuum variorum, e. c. vinorum varii generis, canariensis e), malvatici, feminibus urticae maioris mixti f), aromatici, g), rhenani h),
mo-

d) Ruyschius Opera, Obs. Cent. T. I, Obs. XIII, p. 18. eiusdem Opera omnia, dilucid. Valvul. Obs. XIII. p. 18. Lieuraud l. f. c. D. I. Obs. 1069. Hofmann Consult. et Respons. Med. Cent. II. III. Sect. III. Cap. 86. Krazenstein

i. f. c. aliqua.

e) Lister Exercitat. med. p. 79.

f) Tulpus Obs. med. Cap. 46.

g) Acta Nat. curios. D. II. A. 2, Obs. 124.

h) Willis, l. f. c.

mofellani, vini piperiti i), aquae vitae anisatae k) coffeae l), acidularum Greisbachenfium m), aquae sulphuratae n), Théae e. f. p.

2. Efculenta varia, abufus cotoneorum p), asparagi q), aliorumque r).
3. Animi pathemata vehementiora praecipue ira et terror, uti videre est in cel. *Willis* s), *Grassenberg* t), *Iunker* u), *Troia* w).
4. Affectio hysterica, hypochondriaca, uti saepe observari potest x).
5. Motus corporis vehementior, praecipue equitatio y).
6. Diuretica, medicamenta alia varia, quod praecipue medicamentorum genus, multis iam affectionem nostram pluribus testantibus, conciliavit, et nonnulla exempla tantum adduxisse sufficiat. Sic post usum balsami sulphuris terebinthinati eam observavit *Buchwald*, antimonii, aquarum Epsomienfium, *Lister* z), baccarum iuniperi *Piffo* a), fucci betulae *Wedel* b), cantharidum, *Hunerwolf* c), corticis peruviani *Daniel* d), remediorum scabiem retropellentium *Weber* e) e. f. p.
7. Omnia, quae humores ab exterioribus corporis ad interna, ideoque etiam ad renes propellunt, e. c. frigus corpori adnotum f), transpiratio suppressa, ulcera inveterata incaute sanata.
8. Venus immodica, coitus frequens g), *Celfo* etiam iam testante, dicens, *concupitus rarus, corpus excitat; frequens solvit*.
9. Acrimoniae variae sanguinis h).
10. Calculi renales, tum in renibus i), tum etiam fat magna distantia in uretheribus haerentes k).
11. Quaevis excretio aquosa diutius impedita l).
12. Vermes, praecipue in infantibus.

Haec iam sufficiant de causis occasionalibus. —

§. 5.

i) Lufitanus Obf. Med. p. 336.

k) *Buchwald* Diff. de Diabetis curatione per Rhabarb.

l) van der Borch I. f. c. p. 8.

m) *Hildanus* Op. Obf. I. V. Cap. 53.

n) *Lister* I. f. c. p. 77.

p) *Paracelsus* de Curat. Morb. Lib. I.

q) *Sylvius* Opera med. pract. IV. p. 442.

r) *Paulinus* Obferv. Lib. III. Obf. 50.

s) I. f. c. p. 165.

t) Obf. med. Lib. III. Obf. 163.

u) vide *Krazenstein* I. f. c. §. 6.

w) I. f. c. p. 63.

x) *Hart Myers* Diff. de Diabete, Edinb. 1770.

y) p. 19. *Sauvages* Nosol. method. T. II. P. II. p. 186.

y) *Cardanus* de Sanitate tuenda, L. I. Cap. 20.

z) I. f. c. p. 81. 78.

a) vide *Acta Nat. curios.* Vol. X. Obf. 52.

b) *ibidem* D. I. A. II.

c) *ibidem*.

d) *Beynaëge* zur medicinischen Gelehrsamkeit.

e) *Obf. Med. Fac.* I. p. 62.

f) *Troia* I. f. c. *Hart Myers*, I. f. c.

g) *Hart Myers*, I. f. c. p. 23. v. d. *Borch* I. f. c. p. 9.

h) *Troia*, I. f. c. p. 62.

i) v. d. *Borch*, I. f. c. p. g. *Bonnerus* I. f. c. Sect.

XXVI. Obf. 2, 3, 5.

k) *Fr. Hofmann* Op. om. T. IV. Cent. II. Sect.

III. Casus 85.

l) *Samml. auserlesin, Abhandl. f. W. A. VI.* p. 277.

§. 5.

Non Mira saepe quantitas urinae, non raro pondus totius corporis longe superans, mingitur: in cuius phaenomeni explicatione summo iure ad actionem auctam valorum reforbentium cutis, auctamque humiditatem atmosphaerae confugitur, inde enim etiam optime explicatur, cur Angli saepius et vehementius diabete corripiantur, quam vero nationes aliae, aere sicciore ob maiorem distantiam a mare gaudentes. *Gattinaria* m) de quadam puella memorat, eam quotidie vinginti novem libras circiter lotii reddidisse, et malo sic per sexaginta dies durante, mille septuaginta et quadraginta libras minxisse, etsi quotidie septem tantum libras ciborum et potus assumeret; *Morgagni* n) haud absimilia narrat de puellis duabus, quarum una spatio nonaginta septem dierum 4171, et altera intra dies nonaginta quatuor 3674 urinae libras mingebat: in *Bartholino* o) de viro per tres hebdomadas vinginti quatuor, in actis Bononiensibus p) de Religiosa, quotidie quadraginta tres libras lotii mingente memoratur; *Darwin* q) de viro quodam per sat longum tempus quotidie duodecim, de alio octodecim mingente narrat; *Hertz* r) duo exempla fluxus diabetici adnotavit. ubi urina in priori quotidie missa, potulenta quinquies, in posteriori triplo superaret; minime arduum esset, plura adhuc talia exempla adducere, sed haec iam sufficient.

§. 6.

Praeter phaenomena illa in quantitate et qualitate urinae observanda s), symptomata praecipua fluxum diabeticum comitantia sequentia sunt: fitis intolerabilis cum summa ariditate faucium, sic ut aegri et ne per breve tempus quidem a potu abstinere possint t), cum excretionem salivae spumantis, viscidae, inappetentia summa: odor sudoris subacidus u), quae tamen omnia haud raro etiam deficiunt; intumescencia lumborum, et testis vicini, brevi tantum tempore effluxu urinae cohibito, mox tamen — illo restituto, rursus disparsens w):ensus ardoris in abdomine et regione renum, ubi etiam dolor saepe observatur x): febricula continua, quasi hectica, cum pulsu celeri, simul debili, languore spirituum, anxietate, vigiliis, iactatione, iactura summa virium: alvus sicca, nonnullis lumbi, coxae, testes, et potissimum pedes intumescunt, venae tum enimentes, totusque corporis habitus gracilis fit, et tandem mors optata finem scenae imponit.

§. 7.

m) vide Troia. l. f. c. p. 63.

n) l. f. c. A. m. 41. n. 15.

o) Act. Hafnienf.

p) T. I.

q) l. f. c. p. 239.

r) Brische anj Aerzte, II. Sammlung, p. 120

feq.

s) vide Cap. X. §. 1.

t) Troia, l. f. c. p. 66.

u) Medical Observ. and Inquiries.

w) Troia, l. f. c. p. 67. Conf. etiam Arastus

Cappad. diuturn. Morb. Curat. L. II. Cap. II.

p. 51.

x) ibidem.

§. 7.

Non facile cum ullo alio morbo cognato fluxus diabeticus confundi potest, nisi forte cum urinae profluvio critico, ubi quidem copia lotii secedentis etiam potulentorum assumptorum quantitatem saepius longe superat y), ubi vero sitis illa vehementissima, reliquaque symptomata diabetica deficiunt, et aliorum symptomatum mitigatio, hoc urinae profluvium criticum haud raro consequitur.

Ab incontinentia urinae inde facile dignoscitur, quod in illa copia lotii secedentis, quantitatem potus non excedat, sitis vehemens descriptaque illa natura urinae deficiat, et lotium hic omnino retineri possit, per aliquod saltem tempus.

A dysuria tandem eo maxime differt, quod urina sine dolore aut ulla difficultate secedat.

§. 8.

Quod ad prognosin attinet, illa ex symptomatibus, et causis praecipue repetenda est: diabetes spuria longo saepe tempore, sine magno damno perdurare potest, sic *Cardanus* z) de se ipso memorat, se per annos quadraginta hoc morbo laborasse; diabetes autem vera semper periculosa, imo nisi cito sanatur, ob nutritionem corpori detractam ut plurimum lethalis erit a); et quidem eo minus medelam admittit, quo maior urinae quantitas excernitur, quo diutius iam durarit, quo magis vires iam debilitatae sunt, quo aetate proveciores b), vel coitum saepius exercentes, vel bibaces c), vel chachecticos, e. f. p. invadit.

Caput XI.

Mictus cruentus.

§. 1.

Uti per plurimas alias e. h. partes, sic etiam nonnunquam per vias urinarias sanguis, plus minus cum urina mixtus, nonnunquam etiam purus meracus prodit, cuius varii omnino fontes esse possunt, vel enim ex urethra, sphinctere vesicae d), vesiculis feminalibus, vesica urinaria, uretheribus, vel renibus tandem ipsis provenit: et symptomata hunc fluxum sanguineum comitantia varia erunt, pro diversa featurigine sanguinis profluentis, quae ad prognosin partis sanguinem fundentis summi momenti sunt; ratio vero instituti nostri de illo mictu eruente tantum differere permittit, ubi sanguis ex renibus ipsis venit, quemque proprie cum ccl. *Vogel* e) haematuriam nominare amamus.

§. 2.

y) Störck de Rad. Colchici Autumnal. Caf. V.
p. 48.
z) de Vita propria, Cap. 26.
a) Troia, l. f. c. p. 67.

b) v. d. Borch, l. f. c. p. 17.
c) Harr Myers, l. f. c. p. 32.
d) F. Hofmann, f. c. l. T. II. Sect. I. Cap. VI.
e) de cognof. et curand. praecip. C. II, affect. §. 290.

§. 2.

Signa iam praecipua sanguinem ex renibus venire demonstrantia, frequentia erunt:

1^{mo}. Miscela sanguinis cum urina: ut plurimum enim ambo arctissime et aequaliter inter se mixti minguntur, sic ut ille per hunc attenuatus, totusque humor dilute ruber appareat, posteaque in matula sedimentum rubronigricans deponat: quod vero a potiori tantum intelligendum est, parva copia enim, et lente sanguis per uretheres delabens, nonnunquam figuram in uretheribus vermiformem adipiscitur, sicque sanguinem aemulat grumofum, uti observavit *Sauvages* f). In mixtu cruento vesicali, sanguis non tam intime cum urina mixtus, potius vero grumofus, coagulatus, nigricans observatur, et ante — vel in urethram ipsam forma grumi protrusus, saepe difficultatem mingendi parit: quod quidem in priori casu, urina longius retenta etiam nonnunquam, sed oppido raro observatur; ubi sanguis tandem ex vesiculis seminalibus, vel urethra depluit, non tantum in mingendo cum urina, sed continuo fere stillicidio ex apertura penis propullulat. Ex his allatis patet diagnosin, num sanguis ex renibus, vel alia parte proveniat, non tam arduam esse, praecipue si,

2^{do}. respicitur ad dolores, eorumque locum: in haematuria renali saepius sentitur aliquod ante fluxum sanguineum tempus dolor, vel acutus, vel gravativus, vel urens, vel alius, varius, pro varia causa haemorrhagiae in regione renum, qui tamen etiam haud raro omnino non sentitur, uti in mixtu cruento, a natura medicatrice ad plethoram tollendam instituto g); nec tamen inde quis credat cum *cel. Hofmann* h), dolores in Haematuria renali semper ob huius visceris sensibilitatem minorem deficere, nam et assertum *clar. viri*, et illius causa ab illo allata, experientiae repugnat; in haematuria vesicali, dolor ut plurimum in regione pubis, cum difficultate mingendi sentitur, uti iam *No. pr.* diximus, et sic dolor pro varia causa mali varius, etiam ratione sedis varians, multum ad diagnosin loci affecti confert.

3^{tio}. Causae tandem occasionales et morbi praegressi, ad illius distinctionem maximi momenti erunt, sic e. c. haematuria symptomata calculi renalis comitans, vel ab usu cantharidum improvido, vel a violentia externa in regionem lumborum agente orta, e. f. p. verosimillime a renibus affectis provenit.

§. 3.

Interim cavendum summopere est, ne lotium sanguinei coloris, imo sedimentum primo intuitu sanguinolentum faciens, semper pro mixtu habeatur

F 2

cru-

f) *Nofolog. method.* T. III, P. II. p. 46.
g) *Sauvages*, l. f. c. p. 46.

h) l. f. c. p. 231. §. 3.

eruento : saepius enim nutrimenta , vel alia assumpta varia urinam colore dilute rubro tingunt , et tamen ne minima particula sanguinis in illa praesente , unde cel. *Sauvages* 1) haematuriam deceptivam assumit : sic e. c. Hispani , cum primum appulere Americam , fame compulsi in ficus opuntiae et cerei irruerunt , iisque liberalius devoratis , omnes postridie urinas — non eruentes , sed dilute rubras minxerunt , uti etiam hodie accidit ex succo rubello harum ficuum , qui vero affectus omni periculo vacat , quemque saepissime in ovibus etiam excitat esus cisti laurifoliae.

§. 4.

Causis iam miſtus eruenti renalis sequentes praecipue adnumeramus :

1^{mo}. Plethoram , quae quidem raro — nonnunquam tamen per se illum producit m) , qui tunc haematuria spontanea audit , saepissime vero illum excitat accedente suppressione alius fluxus sanguinei , praecipue haemorrhoidum , ubi sanguis — nullo in renibus praecedente dolore , sat magna copia prodire consuevit : ab haemorrhoidum interim anomalia , haematuriam vesicalem , vel urethrae saepius renali evenire , ob anastomosis vaforum propriorem cum his partibus quam cum renibus , varii autores affirmant , contrarium tamen dicente clariss. *Hofmann* n).

2^{do}. Obstructiones viscerum , quae sanguinem ob rationes supra o) allatas maiori vi ad renes impellendo , facile haematuriam renalem faciunt , qualia exempla videre sunt inter alios , apud *M. Donatum* p).

3^{tio}. Sicuti sanguinem putredine dissolutum per quasvis fere c. h. partes haemorrhagias facere posse observatio abunde docuit , sic etiam haec eadem causa eas nonnunquam per renes producit ; indeque haematuriam renalem multi , e. c. cel. *Huxham* observaverunt in febribus putridis epidemicis , in variolis — praecipue confluentibus , morbillis , petechiis , purpura , aliisque similibus morbis , tristissimo semper omine , sic ut unica e. c. observatio variolarum hoc symptomate iunctarum existat , in qua aeger servatus fuerit q).

4^{to}. Diuretica acria , praecipue usus internus incautus cantharidum , uti haud raro observare est r) , huc etiam referimus *Schenkkii* s) illud exemplum , ubi

1) l. f. c. p. 47.

m) Hofmann, l. f. c. Cap. VI. Obs. I.

n) ibidem , Cap. VI. §. 9.

o) vide Cap. X. §. 3.

p) Hist. mirabilium.

q) Transact. Philosoph. T. IX.

r) Sauvages, l. f. c. p. 46.

s) ibidem.

ubi ex esu alii, vel illud *Hofmanni* t), ubi ex haustu millepedum et falis succini volatilis, vel purgantis vehementioris, miētus ortus erat cruentus u).

5^{to}. Violentiae externae in lumbos agentes, sic observata habemus ubi post lapsum ex alto, istus lumbos contundentes, aliaque similia, haematuria sequebatur w), quo etiam exempla illa pertinere videntur, ubi post equitationem diutius protractam, *Iunker*, *Schenkius* x), *Hofmann* y), vel a fasciis et vestibus arctioribus, praecipue in infantibus *Boerhaave*, eandem observarunt.

6^{to}. Retropulsio scabiei, uti probat observatio illa *Hofmanni* z).

7^{imo}. Purulentia, suppuratio — ubi simul cum sanguine flocculae purulentae minguntur a) — calculi renum, uti iam supra demonstravimus b).

8^{vo}. Ruptura vasorum sanguiferorum in renibus, quod vero ad rariora pertinet c).

9^{no}. Vermes in renibus d).

10^{mo}. Abusus potuum spirituosorum, ususque liberalior vini e).

11^{mo}. Post luxationem vertebrarum, fracturam ossis tibiae, tormina atrociora ventris, tandem haematuriam renalem observavit *Hofmann* f).

§. 5.

Raro miētus cruentus ut morbus primarius, longe frequentius vero ut symptoma alius morbi observatur: hinc etiam prognosis pro varia causa, vel morbo praegresso illum excitante varia erit, uti ex causis, §. pr. allatis eo ipso liquet: sic haematuria renalis, e. c. a suppuratione, calculo, violentia externa orta, multo periculosior erit quam alia, post equitationem longius protractam, vel haustum liberaliorem vini spirituosi observata: sic illa in febribus putridis a dissolutione putrida humorum observanda, periculo centies superabit aliam, a suppressione fluxus alicuius sanguinei ortam; nonnunquam etiam haematuria critica levans omnino observatur g), praecipue post excretionem sanguineas consuetas vel naturales vel non naturales — uti post menses, haemorrhoides suppressas, quo pertinet praecipue etiam haematuria illa sic dicta spontanea h).

In-

t) l. f. c. p. 138. Obs. 10.

u) ibidem, §. XV.

w) Sauvages, l. f. c. p. 46. 53.

x) Lib. III.

y) l. f. c. Obs. VI.

z) l. f. c. Obs. II.

a) Bonnetus. l. f. c. Obs. IX.

b) Cap. II, §. 3. n. 2, vide etiam Bonnetum,

l. f. c. Obs. 9. §. 1. a. 3.

c) Bonnetus, l. f. c.

d) Acta Edinburg. T. V. AG. 72.

e) Hofmann, l. f. c. Obs. III.

f) l. f. c. §. XV.

g) F. Hofmann, l. f. c. p. 232. §. 8.

h) vide §. 4. huius Cap. —

Interim in prognosi non tantum ad causas haematuriae respiciendam est: sed in omnibus — a quacunque causa ortis haematuriae communia quaedam consideranda veniunt, nam haematuria a causa levissima orta cum alia, a causa desperatissima genita, similes quosdam effectus producere potest, qui omnes fluxum hunc sanguineum periculosum — molestissimum saltem facere queunt: quo referimus praecipue sequentes:

1. Mictum cruentum diutius durantem vehementem, omnes effectus cuiusvis alius haemorrhagiae profusae producere posse, nimirum inanitionem vaforum, chachexiam, innumeraque alia mala fatis cognita, ex analogia nobis certissimum videtur.

2. Grumus sanguinis in renibus, vel trombulus in extremitatibus arteriolarum haerens, nucleus pro calculo fieri potest, cui elementa terrea, salina urinae sensim sensimque sese apponendo, illum facile generare possunt, uti supra vidimus i).

3. Similis talis grumus, trombulusve ibidem haerens irritatione sua inflammationem, et ex hac suppurationem producere posse, extra omnem dubii aleam positum est, et ex analogia abunde liquet, observatio enim quotidiana docet, sanguinem extravasatum in quavis parte C. H. haerentem, inflammationes pessimae naturae producere posse.

4. Grumus quidam sanguinis, ex renibus in unum alterumve uretherum descensus, in ea vero eius parte ubi obliquo ductu vesicae inseritur impaetus haerens, illum obstruendo dilatationem totius uretheris, et pelvis renalis, imo — utroque urethere sic affecto, ischuriam renalem completam producere poterit.

5. Tandem, sanguine fluido adhuc in vesicam urinariam delapso, in hac congruare, sicque pari modo ut in renibus calculo vesicali anam dare, vel etiam aperturae posteriori urethrae, vel huius sphincteri firmiter adhaerens, ischuriam vesicalem implacabilem facere poterit: quae omnia etiam evenire posse, sanguine iam grumoso e renibus delabente, per se patet.

Sed plura de his, iam limites a proposito nostro, temporumque angustiis nobis fixas, transcendere.

1) Cap. II. §. r. 2.

Explicatio Tabularum.

Tabula I.

Exhibet haec tabula partem inferiorem trunci infantis neonati, a diaphragmate, ad usque genua, ob inventum in illo renem dextrum tora sua substantia in hydatides, fero turbido turgidas resolutum, insignem. Ad maiorem perspicuitatem notantur primo

Ossa.

- I. V. Vertebrae quinque lumborum.
VI. Costae infimae reclinatae.
VII. Symphysis ossium pubis.
VIII. Ossa isium.

Musculi.

- aaa. Diaphragma.
1. 2. Crura diaphragmatis lumbalia.
3. Speculum Helmontii.
4. Hiatus s. sphincter oesophagaeus.
bbb. Transversi abdominis.
cc. Musculi psoades.
dd. Iliaci interni.
ee. Insertio psoadis in ossis femoris trochantarem minorem.
ff. Musculi pectinei.
gg. Adductores breves.
hh. Adductores longi.
iiii. Adductores magni.
kk. Gracilis internus.
ll. Sartorii.
mm. Vastii interni.
nn. Semimembranosi.
oo. Semitendinosi.
pp. Recti cruris.
qq. Vastii interni.
rr. Principium gastrocnemiorum.

Vasa.

- aa. Truncus arteriae aortae descendens.
β. Truncus venae caevae descendens.
γ. Arteria renalis sinistra.
δ. Arteria renalis dextra.
ε. Arteria spermatica sinistra.
ζ. Arteria spermatica dextra.
ζ. Arteriae meseraicae superioris locus.
ι. Arteriae meseraicae inferioris locus.

λλ. Arteriae iliacae primitivae.

μμ. Arteriae umbilicales.

nn. Arteriae iliacae externae.

ξξ. Venae renales.

ο. Vena spermatica sinistra.

π. Vena spermatica dextra.

ρ. Vena capsulae renalis sinistrae.

σ. Vena capsulae renalis dextrae.

Viscera.

- A. Ren dexter, mino illo modo mutatus, penitus in hydatides variae magnitudinis et formae, uti videre est, elevatus.
B. Ren sinister naturalis, nisi quod duae parvae in illo conspici possint hydatides;
C. Glandula suprarenalis dextra } statu naturali.
D. Glandula suprarenalis sinistra }
EE. Uretheres.
F. Vesica urinaria collo suo ad anteriora et inferiora flexa et in urachus terminata.
G. Cutis abdominis portio resecta, per quam arteriarum umbilicalium cum uracho in funiculum umbilicalem transitus fit.
H. Intestinum rectum abscissum.
JJ. Testiculus dexter in annulo adhuc haerens abdominis, et sinister iam in scrotum descendens.
KK. Vasa deferentia.
LL. Processus peritonaei funiculum spermaticum obducens.
M. Gubernaculum dextrum adhuc perfectum.
N. - O. Gubernaculum sinistrum iam magna parte in darton mutatum.
P. Dorsum penis.

Tabula II.

Figura I.

Exhibet haec tabula renem illum lipomatofum, et quidem

- A. Renem dextrum omni respectu naturalem.
B. Renem sinistrum, in lipoma universale degeneratum.
C. Truncum venae caevae.
D. Arteriam aortam descendentem.
E. Venam renalem → 1. emulgentem dextram.
F. Ve-

- F. Venam cenalem finiftram.
 G. Arteriam renalem dextram.
 H. Eandem finiftram.
 I. Arteria caelica.
 K. Arteria meferica fuperior.
 L. Arteria meferica inferior.
 M. Arteria iliaca dextra.
 N. Eadem finiftra.
 O. Vena iliaca dextra.
 P. Eadem finiftra.
 Q. Vena fpermatia dextra.
 R. Vena fpermatia finiftra.
 S. Urether dexter.
 T. Urether finifter, fimili modo ac ren ipfe degeneratus.

Figura II.

- AA. Ren idem finifter lipomatofus, per medium longitudinaliter diffeftus et utrimque reclinatus, ut fubftantia eius interna confpici poffit.
 B. Pars fuprema Uretheris longitudinaliter incifa.
 C. Eiusdem productio abfciffa.
 D. Calculus in intima fubftantia renis inventus triangularis, uti in

Figura III.

Repraefentatur a fuperficie fua posteriori, et in

Figura IV.

- A. Superficie anteriori, cum
 B. alio calculo minori fubrotundo, ei accumulente.

Theses.

- I.
 Partus explicari nequit nifi affumamus, uterum gaudere fibris mufcularibus, quod omnino ita fe habere nobis videtur.
- II.
 Nulla exiftat theoria, quae primam in neonato inspirationem fufficienter explicat.
- III.
 Leges affinitatum chemicarum cautiffime tantum in C. H. vivum applicari poffunt.
- IV.
 Non datur anaftomofis immediata foetum inter et matrem, nec fanguis ipfe immutatus ex placenta in foetum transire videtur.
- V.
 Febris illa, fecretionem lactis in mammis apud puerperas praecedens, minus recte febris lactea audit.
- VI.
 Stahlianismus nuperrime a quibusdam, novo tantum nomine refufcitatus, incremento doctrinae phyfiologicae ut plurimum obftat.
- VII.
 Parenchyma inter fines arteriarum, et primos furculos venarum, rariffimis in locis C. H. dari videtur.
- VIII.
 Reforptionem unice vafis lymphaticis adfcribendam, haud a vero abhorreere videtur.
- IX.
 Medicina ruralis, uti vulgo tractatur, quam maxime nocua eft.


Errata.

Pag. 8. lin. 24. lege ren. pag. 10. lin. 27. lege quodque. pag. 16. lin. 7. lege post augetur *pin-*
nam. p. 21. lin. 25. lege plethoricis. pag. 29. lin. 7. lege agris. pag. 30. lin. 12. lege vires. pag.
 37. lin. 5. lege habeamus.





A.


C.




G. Eberhard del. an. nat. delin. 1730.







650 4313



U^o 4318

4^o



MA







DE
RENUM MORBIS,
EORUMQUE
DIAGNOSI, CAUSIS, SYMPTOMATIBUS
ET PROGNOSI.

ADDUNTUR
SPECIMINA DUO
RENIS UNIUS IN HYDATIDES, ALTERIUS
IN LIPOMA MUTATI,
TABULIS AENEIS ILLUSTRATA.

SENSU FACULTATIS ILLUSTRIS
REGIAE FRIDERICIANAE
DISSERTATIONEM INAUGURALEM
PRO GRADU MEDICINAE DOCTORIS
DIE XXII. SEPTEMBRIS MDCCXC.
PUBLICO EXAMINI OFFERT
AUCTOR
OTHMAR HEER,
HELVETO-GLARONENSIS.

HALAE,
TYPIS VIDUAE CURTIL